Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Papillonius
Swanenburg

~~XV. b. b. 8~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

KW 198.K.22.

DE
JURE ACCRESCENDI
Liber unus

Auctore
THOMA PAPILLONIO, JC.
Pariſino.

EJUSDEM ARGUMENTI
Libellus poſthumus
CORNELII SWANENBURGII, JC.
Profeſſoris Lugdunenſis.



Lugduni Batavorum,
Apud DAVIDEM LOPES DE HARO,
clɔ Iɔc xl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

THOMÆ PAPILLONII PARISINI, J.C. ET IN SUPREMO Senatu Pariſienſi Advocati,

DE *JURE ACCRESCENDI* LIBER.

CUM ex pluribus heredibus, & qui vice heredum habentur, bonorum poſſeſſoribus, fideicommiſſariis, aut legatariis, quidam ſe immiſcuerunt, adierunt, aut agnoverunt, his coheredum, aut collegatariorum abſtinentium vel repudiantium portiones etiam igno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

rantibus & invitis vi juris accreſcendi acquiruntur: Quod jus rectè accreſcendi dicitur, quia rei relictæ portio deficiens, alteri portioni acquiſitæ, & hæc invicem illa accreſcit, & utraque mutua alterius acceſſione creſcit & ampliatur. Eſt vero jus accreſcendi, jus quò res in ſolidum, aut pro partibus indiviſis pluribus relicta, aliquo eorum in agnoſcenda parte ceſſante, aliis qui jam partem agnoverunt, tota vel pro parte cedit & acquiritur. Dixi JUS eſſe, quia juris appellatio ita late patet ut nullum ſupra ſe genus, quo explicetur habeat, ſed ut γένος γενικώτατον omnia qualiacumque ſint jura ambitu ſuo continet, eaque ſingula ab invicem differentiis ſpecificis diſterminat & diſtinguit. QVO RES ſive corporea ut fundus, domus, mancipium, ſive incorporea ut hereditas, uſusfructus. PLURIBUS RELICTA. etenim inter duos pluresve jus ac-

creſcendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

creſcendi verſatur: plurativa autem locutio duorum numero eſt contenta, *l. ubi numerus ff. de teſtibus.* IN SOLIDUM; illis videlicet qui re tantum aut re & verbis ſimul conjuncti ſunt, AUT PRO PARTIBUS IN DIVISIS, his nempe qui verbis tantum connexi ſunt, ALIQVO EORUM IN AGNOSCENDA PARTE CESSANTE: quod variis caſibus veluti morte, ſervitute, peregrinitate, abſtentione vel repudiatione contingit, ALIIS QVI JAM PARTEM AGNOVERUNT: adde & qui eam retinent: nam quibus res abſceſſit aut à fiſco ablata eſt, excepta uſusfructus cauſa nihil accreſcit, *l. ſi totam eam ff. de acq. vel omitt. heredit. l. interdum ff. de uſufr. accreſcendo.* TOTA ſi unus tantum adierit, aut agnoverit reliqui omnes omiſerint, aut excluſi ſint, VEL PRO PARTE ſi à pluribus hereditas adita ſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

aut legatum agnitum. Cedit et acquiritur, *l. ſi Titio 33. §. ult. ff. de uſufructu. toto tit. ff. de uſufruct. accreſcendo. §. ſi eadem res. inſtit. de legatis, l. 3. §. ult. cum tribus leg. ſeq. ff. de bon. poſſeſſion. l. Triplici de V. S.* Diſtinguitur haud incommodè in jus accreſcendi ita proprie & in ſpecie dictum & jus non decreſcendi, illud inter verbis tantum conjunctos, hoc vero inter re tantum, nec non inter re & verbis ſimul nexos locum habet, *l. Unica verſ. ſin vero C. de cad. toll.* Item diſtinguitur in perſonale, & reale; illud in uſufructu, hoc in proprietate rei conſiſtit, illud perſonam hoc rem ipſam ſequitur, portio enim rei, veluti alluvio portioni, perſonæ uſusfructus accreſcit, *l. interdum ff. de uſufr. accreſcendo d. l. Titio 33. §. ultimo ff. de uſufructu l. Et an eadem 34. §. 1. de except. rei judicatæ.* Jus hoc à jure Civili ortum ſuum ducit. Nam cum heres perſo-

nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nam defuncti, vicemque referat, & in omne jus quod is tempore mortis ſuæ habuerit ſuccedat, legum latoribus abſurdum viſum eſt heredem pro parte defuncti actiones excipere, pro parte vero reſpuere, ſimul ne defunctus parte bonorum ſub ejus nomine diſtracta quaſi ſolvendo non eſſet injuria afficeretur, neve defunctorum hereditates in varias partes ſciſſæ partim ab heredibus agnitæ poſſiderentur, partim ut vacantia & ἀκληρονόμητα bona populi juribus applicarentur, lege aut frequenti prudentum authoritate obtinuit, ut qui partem hereditatis adiiſſet, reliquæ deficientium coheredum portiones, etiam invito accreſcerent, *l. Qui ex duabus* 53. §. 1. *de acq. hered. l. ſi quis heres* 35. *ff. eadem tit. l. Unica* 8. *in his itaque C. de cad. tollendis*. adeoque à parvis ortum initiis, in tantum jus iſtud invaluit, ut ei etiam nunc contra voluntatem teſtatoris locus ſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

l. ſi ponas §. ult. ff. de inoff. teſtamento, etſi non negem plerumque teſtatorem tacita & obſcura voluntatis ſignificatione legi ſuffragari, & plurium in teſtamento conjunctim inſtitutione facta, juri huic quodammodo viam pandere. Deinde cum poſt bella Civilia inter Pompejum & Cæſarem, necnon inter Antonium & Lepidum & alios geſta, res Romana viribus & opibus attrita fatiſceret, & ærarium ſumptibus immodicis exhauſtum, ſuſtinendis imperii oneribus non ſufficeret, augendæ civium multitudini, & replendi ærarii cauſa legem Papiam Poppęam ſenior Auguſtus ſanxit, qua inter alia cavit, ut ſi ex parte heres vel legatarius mortuo teſtatore ante apertas tabulas deceſſiſſet, aut in perigrinitatem redactus fuiſſet, vel aliis ex cauſis hereditatem, vel rem legatam deſiiſſet capere poſſe, ea portio deficiens non coheredi, ut ante obtinuerat, accreſceret,

ſceret, ſed ut caduca facta fiſco vindicaretur, *Vlpianus lib. regul. tit. de cad. l. Vnica C. de cad. tollend.* hoc tamen legis rigori, delinimento rationabili addito, ut in teſtamento quo parentes & liberi uſque ad tertium gradum heredes inſtituti eſſent, jus antiquum hoc eſt jus accreſcendi inter heredes integrum & illæſum conſervaretur, quod omnino oſtendit *Vlpianus lib. regul. tit. 1. & 17. & 18. & Juſtinianus in l. Vnica §. 1. C. de cad. tollend.* & hoc etiam eſt quod ait Celſus in *l. Pater meus 29. de leg. 2.* filium ex parte heredem inſtitutum, cui coheredis portio deficiens à quo nominatim legatum eſt accreſcit, non præſtiturum legatum quod jure antiquo capit: & ad hoc quoque pertinet, *l. 5. ff. de vulgari,* cum ait nihil intereſſe utrum coheres coheredis partem capiat, & vindicet jure ſubſtitutionis an per legem id eſt, per legem Juliam & Papiam, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

inſcriptio legis demonſtrat: quod vero ait per legem, non hoc eſt authoritate legis Papiæ introductum eſſe jus accreſcendi, ſed per eam legem licere interdum coheredibus uti jure accreſcendi fiſco excluſo ut puta ſi liberi ſint aut parentes teſtatoris uſque ad tertium gradum, his enim perſonis erubuit lex Papia Poppæa jus accreſcendi adimere. Et hoc poſteriori jure diu Populus Romanus uſus eſt, & uſque ad tempora Juſtiniani. qui poſtquam domitis per Legatos barbaris gentibus, & pace terra marique parta fundando bonis legibus imperio animum adplicuiſſet, multa de jure præclara ſanxit, reformavit, innovavit, & in primis legem Papiam Caducariam ſuſtulit, æquum & temporum ſuorum felicitati conſentaneum eſſe ratus ut quam belli calamitas invexerat legem, eandem pacis lenitas ſopiter, *d. l. unica. in prin. C. de cad. tollend.* ſic plerumque ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ab optimis rerum publicarum guber-
natoribus, legum opportunitates &
medelæ, pro temporum moribus, &
rerum publicarum generibus, ac pro
utilitatum præſentium rationibus,
proque vitiorum quibus medendum
eſt fervoribus, mutantur atque fle-
ctuntur, neque uno ſtatu conſiſtunt,
quin ut facies cœli & maris, ita re-
rum atque fortunæ temporibus va-
riantur ut Cæcilius J C. qui Africa-
nus eſſe creditur diſſerit apud Gel-
lium *lib. 20. cap. 1.* & in hanc ſen-
tentiam pereleganter L. Valerius
apud Livium *lib. 34.* quas tempora
(inquit.) aliqua deſideraverunt leges
mortales, & temporibus ipſis muta-
biles eſſe video: quæ in pace latæ
ſunt plerumque bellum abrogat, quæ
in bello pax.

Ex queis apparet duntaxat inter
conjunctos jus accreſcendi verſari.
quo igitur quæ de eo jure tractatio
ſuſcepta eſt recto tramite procedat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

è re eſt ut priuſquam ad ulteriora progrediar, quinam ſint conjuncti, quidve conjunctio ſit, & quotuplici modo fiat ediſſeram. Conjunctio eſt qua duo pluresve ad unam eandemque rem veluti hereditatem uſumfructum, aut ſpeciem certam, à lege, vel homine invitantur, *l. Re conjuncti de leg. 3. l. Triplici de V. S.* Conjunctio quæ à lege ſeu legis aut juris dicitur, ea eſt qua lex proximos defuncti ad ſucceſſionem ejus vocat. Nam etſi nulla hujuſce conjunctionis expreſſim in legibus fiat mentio, tacite tamen & ex legum ſententia elicitur, *l. pronuntiatio §. 1. de V. S. l. ſi ex pluribus ff. de ſuis & legit. hered.* quod autem educitur ex legum ſententia, id ex iiſdem legibus proficiſci videtur, *l. 6. §. ult. de V. S.* quæ ab homine inducitur conjunctio triplici modo fit, aut re, aut verbis, aut re & verbis ſimul, *d. l. Re conjuncti de leg. 3. l. Triplici de V. S.*

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Conjunctio quæ fit re & verbis ſimul (ut ab ea quæ ſumma & præcipua conjunctio eſt incipiam) ea eſt qua plures eadem oratione ad eandem rem vocantur, ſeu quæ plures nominis & rei complexu nullis partibus adſcriptis jungit veluti, *Titius & Mævius heredes ſunt. Gajo & Sempronio fundum Tuſculanum do lego*, atque ita plerunque pari amicorum legare ſolebant, Plinius 7. *epiſtol.* ſcribens ad Tacitum ſummum amicum. *Eadem legata* (inquit) *& quidem pariter accepimus*, id eſt conjunctim, & hæc quidem conjunctio tam apte per æquipollentia verba, quam per copulativas conjunctiones fieri poteſt veluti per articulum CUM. *l. Titia 36. §. Nihil differt l. 112. §. 2. de leg. 1. l. ſi ſervo ſub conditione. de ſtatu liberis.* unde ſi teſtator ita leget, *illi cum illo habitationem do lego*, perinde eſt ac ſi ita legaſſet, *illi & illi habitationem do lego*

l. 40.

l. 40. *ff. de uſu & uſufr. legato*, unde etiam ſi quis mulieri uſumfructum cum ſuis filiis legaverit, perinde eſt ac ſi mulieri & liberis legaſſet, ac proinde communicabitur inter matrem & liberos uſusfructus, & ſi forte liberi matre ſuperſtite decedant ſolidus uſusfructus matri accreſcet, ſed & matre mortua filii ſolidum uſumfructum habebunt, *l. ſi mulieri ff. de uſufr. accreſcendo*, hinc etiam *in l. ſi Attio* 7. *eodem tit.* dicitur nihil intereſſe ita legetur uſusfructus, *illi & illi cum Mævio*, an ita, *illi & illi & Mævio*, articulum enim CUM vim habere conjunctionis & ideo etiam ſi dixerit, *Attio & Sejo cum heredibus meis*, Attium & Sejum non vocari in unam partem, ſed tres partes fieri per concurſum non ſecus ac ſi dixiſſet, *Attio & Sejo & heredibus meis.* Quin & hæc conjunctio per particulas diſcretivas induci valet hoc modo, *Non ſolum Cajum, ſed &*
Sem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Sempronium heredes inſtituo. Sed & ſi quis ita dixerit *Titius & Sejus uter eorum volet heres eſto*, hi quoque re & verbis nexi intelliguntur, *l. Cornelius 69. ff. de hered. inſtit.* etſi non figura vocis utique tamen teſtatoris voluntate qui utrumque malit hereditatem habere quam alterutrum, & alterutrum potius quam nullum: Per collectionem quoque fieri commode poteſt veluti, *Filiis fratris mei fundum Cornelianum do lego*, *l. interdum ff. de hered. inſtitut.* conjunctio quę re contingit eſt qua duo pluresve ad eandem hereditatem vel legatum ſeparata & diſcreta oratione vocantur veluti, *Titius heres eſto. Sejus heres eſto. Gajo fundum Tuſculanum do lego*, Hi re per ſe conjuncti ſunt non etiam verbis, hoc modo ſingulis, illo autem modo ſimul duobus vel pluribus eadem res relinquitur, *ut l. ſi patronus 44. §. ult. ff. de bonis libert. l. 2. ff. quibus mod. uſuſf. amittitur*, deni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

denique illo modo conjunctim legari dicitur, hoc modo disjunctim & ſeparatim, nam hic articulus conjunctim, *in l. Unica C. de cad. toll. §. ſi eadem res inſt. de leg. tot. tit. de uſuf. accreſcendo*, & paſſim in jure noſtro ſignificat conjunctionem verborum & rerum, hic autem articulus *disjunctim* vel *ſeparatim* ſignificat conjunctionem rerum & disjunctionem verborum: quamobrem illi ſane omnimodo ſunt conjuncti, hi etiam ſunt conjuncti, ſed oppoſiti aliis, dicuntur disjuncti & ſeparati, quia ut ait Juſtinianus in *d. l. Unica §. hoc ita*, ab ipſo teſtatore ſermone apertiſſime diſcreti ſunt. Verbis conjunctio fit cum plures ad eandem rem eodem orationis complexu, ſed expreſſis partibus æquis aut inæqualibus vocantur, veluti *Titius & Mævius ex æquis partibus heredes ſunto. Cajo fundum Tuſculanum pro tertia parte & reliquam Sempronio do lego d. l. Triplici*,

& hæc

& hæc conjunctio ut commode fiat particulæ quædam idoneæ adhiberi debent. Et. QVE. AUT. CUM. *d. l. ſi quis Attio 7 de uſufr. accreſcendo l. quidam 4. C. de V. S.* quin & quandoque nomina collectiva & diſtributiva adhibentur, *d. l. ſi quis Attio l. interdum 13. ff. de her. inſt. l. 15. §. ſi quæ de leg. 1. l. ult. C. de Imp. & aliorum ſubſt.* Sed & particulam adverſativam AUTEM ad verbalem conjunctionem inducendam omnino aptam arbitror veluti, *Sempronio fundi Corneliani partem unam, Mævio autem ejuſdem fundi duas partes de lego.* Quod ſi quis ita leget *Titio fundum Cornelianum do lego, & Sejo eundem fundum ex æquis partibus do lego*, nullum inter tales conjunctionis quæ verbis fit vinculum intercedere verius eſt, *l. ſicut in annos 3. §. 1. in fine ff. quib. mod. uſusfructus amittitur*, non enim hæ particulæ, Et QVE AUT, faciunt conjunctionem verbalem,

balem , ſed ſermonis connexio in eadem clauſula , hæ autem particulæ id operantur ut quæ ſupra dicta ſunt videantur repetita, verbum vero in oratione poſitum claudit orationem & ita ſentit Antonius Fumaris, *lib.* 1. *de Conjunctionibus cap.* 2. Verbis autem conjuncti non in ſolidum invitantur, ſed ſemper partes habent ut ait, *d. l. Re conjuncti*, id eſt omni jure & antiquo , & veteri. & novo & omni genere legatorum,ſivè legatum ſit per vindicationem , ſive per damnationem , & omni tempore, id eſt non concurſu tantum , ſed & ſtatim ab initio partes habent,non quidem diviſas ſed indiviſas, quibus intellectu diſtinguuntur , cum Titio ea pars quæ Mævii eſt juris contemplatione data videri non poſſit , nam ſi reapſe diviſę partes eſſent conjunctio ceſſaret ; pars enim diviſa integrum eſſe incipit ; *l. recte* 25. §. *Quintus Mutius de V.S.* & hoc diſtant verbis

tan-

tantum conjuncti à cæteris : nam illi qui re & verbis conjuncti ſunt, vel re tantum, non ſemper ab initio partes habent, ſed ne concurſu quidem ſemper jure antiquo, quod nunc oſtendam, & quidem ſi disjunctim pluribus legatum ſit per vindicationem hoc modo, *Illam rem L. Titio do lego, Seio eandem rem do lego*, vel hoc modo *Titius illum fundum capito ſumito vel habeto, Sempronius eundem fundum ſumito capito vel habeto*, hoc genere ſinguli ab initio ſolidum habent & concurſu demum partes faciunt & hoc eſt quod Cajus *lib. 2. inſtit. cap. 5. §. 11.* Ait. Si per vindicationem pluribus eadem res legata ſit & ſinguli eandem rem præſumere velint, æquales ſinguli de re legata capient portiones & juxta id etiam accipiendum eſt, quod Paulus ſcribit, *lib. 3. ſent. tit. de leg.* interdum dimidium interdum totum deberi legatariis: dimidium ſi per vindicationem lega-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

legatum ſit, totum ſi per damnationem. unde in *libro Reg. Vlpiani tit. de legat.* §. 11. ubi ita ſcriptum eſt, *ſi quidem disjunctim* & loquitur de legato per vindicationem *ſingulos ſolidum debetur*, Jacobus Cujacius recte evincit legendum eſſe *ſingulis partes debentur.* idem quoque juris eſt in legato per præceptionem ut quibus disjunctim ita legatum eſt partes concurſu habeant, *l.* 7. *C. de legatis*, nam & legati per præceptionem eadem fere verba ſunt atque legati per vindicationem nempe *præcipito ſibiq; habeto*, ſed ſi per damnationem eadem res ſit disjunctim legata hoc modo, *Heres meus damnas eſto Titio illam rem dare: heres meus Sejo eandem rem damnas eſto dare*, hoc genere ſingulis integra & ſolida res debetur, ita tamen ut qui præoccupat rem ipſam accipiat, nihilque in ea juris ſuperſit alteri, alter vero rei ipſius æſtimationem in pretio ab herede per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

percipiat; quod & Cajus Paulus & Ulpianus docent in ſupradictis locis, & Juſtinianus ipſe ſignificat in *d. l. Vnica §. ſin autem disjunctim C. de cad. tollend.* dum ait in uno tantummodo genere legatorum ſolidam rem ſingulis olim præſtitam hoc eſt in legatis per damnationem vel ſinendi modo, nam & id legatum ad legatum per damnationem referebatur, ſicut per præceptionem legatum, ad vindicationis legatum: non ergo hęc verba, *d. l. Vnicæ, in uno tantummodo genere legatorum*, de legatis per vindicationem intelligenda ſunt, ut perperam ibi notat Gloſſa: eodem igitur jure fuit legatum ſinendi modo: nam & ſimilibus pæne verbis relinquitur, nempe, *heres meus damnas eſto ſinere L. Titium ſumere illam rem*, quod eſt præſtare. Nam ſinere eſt pati & patientia pro præſtatione eſt, donatione, traditione, *l. 3. ff. de uſufructu l. ſi ergo §. 1. de Public. in rem actione.*

unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

unde ſi uſusfructus duobus ſeparatim ab herede relictus ſit per damnationem, aut ſinendi modo veluti, *Damnas eſto heres ſinere, L. Titium uti frui illo fundo. Damnas eſto heres ſinere C. ſejum, &c.* ſingulis ſolidum debetur, uni uſusfructus, alteri pretium: ideoque non liberabitur heres, ſi patiatur ambos communiter uti frui: quia qua parte alter utitur fruitur, eadem alter uti non poteſt, & cum ſolide & integro uſufructu neuter fruatur, ſingulis actione ex teſtamento tenetur & perinde ac ſi nihil cuiquam eorum præſtitum eſſet, *l. hujuſmodi §. Ædes l. legatum in fine do leg.* 1. *l. Debitor ad Trebellianum, l. etiam. de ſolutionibus.* debet igitur heres ſolidum uſumfructum uni præſtare, alteri ſolidam uſusfructus æſtimationem, aut ſi una parte fundi unum frui ſinat, & altera parte alterum quod unicuique deeſt per æſtimationem replere debet, in pecunia videlicet quæ

quæ omnia metitur & ex æquat: Τὸ νόμισμα πάντα μετρεῖ ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν, inquit Ariſtoteles, & hæc eſt ſententia Celſi ex libro 18. digeſt. in *l. duos ff. de uſu & uſufr. legato*: cui tamen vehementer obſtat quod ex eodem authore & libro refert Ulpianus, in *l. 1. §. de Vſufr. accreſ.* ſi duobus disjunctim unius rei uſusfructus legatus ſit ſingulos in uſufructu partes habituros, verum hic §. de legato quod per vindicationem relinquebatur accipiendus eſt, ex quo ut paulo ante docui concurrente utroque ſinguli partes habebant, nunc novo jure ſublato à Juſtiniano inter hæc legatorum genera differentia, unaque omnibus legatis & fideicommiſſis impoſita natura, ſi pluribus disjunctim eadem res legata ſit, concurſu ſcinditur inter eos legatum nec ſingulis ſolidum debetur, *§. ſi eadem res inſtit. de leg. d. l. Vnica §. ſin autem disjun-*

ctim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ctim C. de cad. tollend. niſi teſtator apertiſſime & expreſſim juſſerit ut uni quidem res ſolida, aliis autem æſtimatio rei in ſolidum præſtetur, *d. l. Vnica §. hæc autem ita C. de cad. tollendis*, & hanc exceptionem ut ipſemet ſtylus prodit pluribus locis juris noſtri ex ea conſtitutione Tribonianum inſeruiſſe palam eſt, *ut l. ſi pluribus & l. ſi filius familias §. ult. de leg. 1, l. 13. §. ult. de leg. 2, l. 20. de leg. 3. & in d. l. duos. ff. de uſu & uſufr. legato*, & ita videtur Jacobo Cujacio, *ad d. l. Vnicam*, & Antonio Fabro 6. *conjecturarum cap. 1.* & hæc de re conjunctis ſeu disjunctis. Quod ad re & verbis disjunctos attinet, ſciendum eſt ut jam ante obiter ſubindicavi duo olim præcipua legatorum genera fuiſſe, unum per vindicationem, alterum per damnationem, nam duo reliqua ad hæc referebantur, §. 2. *inſtit. de leg. Vlpianus d. lib. regularum, tit. de legat.* 24. §.

11. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

11. & 12. *Antonius Faber 6. Conjectur. cap. 5.* quod per vindicationem pluribus conjunctim relinquebatur, ſingulis ſolidum dabatur, ſed concurſu partes fiebant, at non concurrente altero pars ejus alteri accreſcebat, & hoc oſtendit Ulpianus, *tit. de legat.* §. 11. & 12. & ita accipienda eſt, *l. Conjunctim de leg.* 3. Nam & ſatis aperte loquitur de legato vindicationis, cum de hereditate loquitur quæ ſemper per vindicationem relinquitur, *Titius heres eſto*, quod vero per damnationem relinquebatur, ſinguli ab initio partes habebant, nec antiquo jure inter legatarios juri accreſcendi locus erat, ſed pars deficiens apud eum à quo relicta erat remanebat, at ex lege Papia recidebat in fiſcum & hoc docet *Vlpianus d. lib. reg. tit. de leg.* 24. §. 11. & 12. & ita intelligendæ ſunt, *l. Plane* 34. §. *ſi Conjunctum* 9. *l. Hujuſmodi* §. *ſi Titio de leg.* 1. *l.*

Titius 7. *l. finali* §. *Sejo de leg.* 2. & hanc etiam olim fuiſſe obſervatam differentiam ipſarum legum verba ſatis indicant: nam in *l. ſi duobus* 16. *de leg.* 1. in principio dicitur, ſi res duobus cōjunctim legata ſit, quamvis alter in rerum natura non fuerit, alteri ſolam partem deberi, at in §. ultimo ejuſdem legis dicitur, Si Titio & poſthumo legatum ſit, non nato poſthumo totum Titius vindicabit, unde niſi prior pars legis de damnationis legato intelligeretur, pugnaret cum §. *ult. d. l.* ut nullo modo conciliari poſſet: in *d. l. Plane* 34. §. *ſi Conjunctim de l.* 1. verbum quidem *damnare* non reperitur ſecundum plura tamen pauciora ſunt intelligenda: in lege *Hujuſmodi* 89. §. *ſi Titio de leg.* 1. de damnationis legato tractari antecedentes & conſequentes §. arguunt: verbum enim Dato damnationis eſſe Ulpianus d. loco tradit, at *d. l. ſi Titio* 7. *de leg.* 2.

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

de damnationis legato agere patet ex his verbis, *quia duobus heres dare damnatur*, idemque fieri in *d. l. finali §. Sejo de leg. 2.* patet ex his verbis, *libras quindecim dari volo*, quæ verba damnationis ſunt, *Vlpianus d. tit. §. per damnationem*, denique juſta id arguit ratio ex utriuſque legati natura profecta: nam cum vindicationis legatum jure ad legatarios tranſiret, dominiumque transferret, id ad ſingulos in ſolidum tranſiit, damnationis legato ipſo jure dominium non transferebatur in legatarium, ſed datione demum, ideoque illo caſu vindicatio locum habuit, hoc vero nunquam habuit, *Vlpian. d. tit. 24. de legat.* ſed hodie ſublata hac legatorum differentia, cum eadem res pluribus conjunctim legatur, ſolidum ſinguli ab initio habent & concurſu demum portiones ferunt, *§. ſi eodem res inſtit. de leg.* ubi imperator ait cum eadem res pluribus conjunctim

legatur, ſcinditur inter eos legatum, cui conſequens eſt dicere ſolidum ſingulos ab initio habere, nam ſi ſecus eſſet, non ſcinderetur inter eos legatum, res enim in partes ſciſſa amplius ſcindi non debet, hic vero conjunctim legari de conjunctione quæ re & verbis fit intelligi indicant verba, *d. §. ſi eadem res. conjunctim autem legatur veluti, ſi quis dicat Titio & Sejo hominem Stichum do lego.*

Sequens intervenit diſceptatio an in triplici conjunctionis genere jus accreſcendi locum habeat? Quod puto per *l. Re conjuncti de leg. 3. §. ſi eadem res inſtit. de leg:* ſane quia re tantum conjuncti, ſed & re & verbis conjuncti ſolidum ab initio habent, altero ex duobus non concurrente, alteri nihil decreſcere verius dicitur, reperitur tamen in jure caſus, in quo etiam inter re & verbis conjunctos jus accreſcendi ceſſat. Caſus is eſt: uſusfructus mulieri & Titio ſub ea con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

conditione, *ſi mulier non nupſerit*, relictus eſt, conditio utrumque tenet. Sed mulieri ex lege Julia remittitur, & perinde habetur ac ſi adimpleta eſſet, & ideo ad legatum admittitur, ſed an Titio defecta conditio noceat dubitatur, & ſane ſi ſoli Titio uſusfructus legatus ſit, *ſi mulier non nuberet*, nubente muliere & ita deficiente conditione legato adſcripta, Titius legato excluderetur, ſed quia conjunctim Titio & mulieri uſusfructus ſub conditione relictus eſt ſi mulier vidua manſerit, quæ conditio remittitur mulieri, eadem & Titio per mulieris perſonam remittitur, & ſic plerumque alias quod per ſe quis conſequi non poteſt, id per alium aut propter alium conſequitur, ut in *l. cum hereditate ff. de acq. vel omitt. heredit. l. Ariſto. quæ res pignori obligari non poſſunt, l. ſi communem, quem adſervitutes amittuntur.* quid ſi Titius repudiet aut amittat legatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

non utendo forte, aut capitis diminutione, vel ante mulierem vita decedat an pars Titii accreſcit mulieri? & ait Papinianus non accreſcere ſed recurrere ad proprietatem, conſolidari proprietati ne mulier plus habeat ſua parte, quæ venit ad legatum contra voluntatẽ defuncti ſpreta conditione viduitatis ei injuncta, quę venit jure ſingulari & beneficio legis Juliæ non ex judicio defuncti, & hæc eſt ſententia, *l. Mulieri de condit. & demonſtratio*, ſed ei quod dixi conditionem legato adſcriptam utrumque tenere. Opponitur, *l. finalis §. Sejo de leg. 2.* ex qua probatur conditionem adpoſitam legato duobus relicto eum tantum tenere cui proprius convenit nõ collegatarium, verum in ſpecie, l: mulieri utrique conjunctim conditio adſcripta eſt, *Mulieri & Titio do lego ſi mulier non nupſerit*, hoc legato quis non videt ſtatim utrique conditionem adſcribi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

conjungi legatarios non re tantum, ſed etiam conditione, at in ſpecie §. Sejo conditio alteri tantum perſonę adſcripta eſt, ut patet ex his verbis, *Sejo ſi mihi heres non erit, & uxori ejus argenti libras 15. dari volo.* Dixi in omni conjunctionis genere juri accreſcendi locum eſſe, ergo & inter verbis conjunctos locum habet quod & probat *d. l. Re conjuncti*, in qua quæritur an verbis conjunctus potior ſit cæteris conjunctis & magis eſt (inquit lex) ut ipſe præferatur; ergo & inter eos jus accreſcendi verſatur, nam etſi ab initio partes habeant ex voluntate teſtatoris, non tamen diviſio in partes ejuſmodi quæ intellectu, non re ipſa fiunt, impedit quo minus ad eandem rem vocentur, dixerit aliquis toties juri accreſcendi locus eſt, quoties à duobus qui ſolidum habuerunt concurſu dividitur, at verbis conjuncti habent ab initio partes, Ergo inter eos jus accreſcendi

ceſſat. verum id argumentum deſumitur *ex l. idem Neratius 3. ff. de uſuf. accreſcendo*, & procedit tantum in uſufructu quem à ſuperiori aſſertione vindico: hac enim lege, *& l. 7. in prin. & l. pen. ff. de uſuf. accreſcendo* motus, in uſufructu inter verbis conjunctos jus accreſcendi removeo, ſed quæ ratio diverſitatis ut in uſufructu inter verbis conjunctos jus accreſcendi ceſſet in aliis rebus locum habeat? ratio hæc affertur à Duareno lib. 1. cap. 11. quia unaquæque uſusfructus pars cohæreat perſonæ, cui adſcripta eſt à teſtatore: deficiente autem perſona finitur, & ad proprietatem recurrit. *§. finitur inſtit. de uſufructu.* ſed & illa non rejicienda mihi videtur quod uſufructu in partes à teſtatore adſcripto, unaquæque pars integrum ſit non ſecus ac ſi ſingulis à ſingulis heredibus ſeparatim legetur. *l. pen. in fine de uſufr. accreſcendo*, ideo quia uſusfructus

fructus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

fructus in quotidiana fructuum perceptione, & facto cujuſque conſiſtit ſibique ſoli non alteri quis fruitur in aliis rebus partes intellectu tantum fiunt, quæ diviſio nihil impedit, quo minus conjunctio & jus accreſcendi maneat. Supradictis conſequens eſt dicere, in unius perſona nec conjunctionem, nec jus accreſcendi verſari; Nam ſicut in uno nec diviſio, nec disjunctio, ita nec jus accreſcendi intelligitur; Deinde quid quæſo accedet ei qui ſolidum & integrum ab initio habet? Profecto nihil, aut certe ſolidum non eſt, cui pars accedit: Nam & ſi cui ſoli hereditas, aut res relicta ſit, is in omne jus omnemve cauſam quæ defuncti fuerit ſuccedit, adeo ut partem ejus agnoſcere, partem vero repudiare non poſſit, *l. 4. & 1. ff. de acq. hered. l. 4. & 6. de leg. 2. l. ſi cui res 59. ff. eod. tit.* Sed & ſi quis ſolus ex parte fundi heres inſtitutus ſit, detracta fundi

mentione ut ſupervacua, heres ex aſſe fit, *l. 1. §. ſi ex fundo 4. ff. de hered. inſtit. l. 10. ff. de acquir. vel omitt. hereditate*; ex præfatis quoque notabiliter elicitur nec in diverſis rebus, nec ex diverſis teſtamentis juri accreſcendi locum eſſe, *l. ſi quis duas 6. §. 1. ff. communia præd. l. ſi ſub conditione 16. quibus modis uſusfructus amittitur*, unde ſi quis ita ſcripſerit, *Sempronio fundum & Titio domum do lego*, vel ita *Titio ſervum do lego, Mævio alterum ſervum do lego*, verius eſt non eſſe legatarios re conjunctos, atque adeo non concurſuros in legata Julianus ait; nec per conſequens jus accreſcendi inter ſe habituros; quia non ſola per ſe verborum conjunctio, ſed & ejuſdem rei cõmplexus jus accreſcendi parit, *l. hujuſmodi §. quibus. de leg. 1.* unde etiam ſi quis Titio partem anteriorem fundi, poſteriorem Sejo legaverit conjunctionem & jus accre-

ſcendi

ſcendi ceſſare conſequens eſt, quia hoc modo legando, fundum regionibus diviſiſſe, & ex uno duos conſtituiſſe intelligitur, *l.* 24. *§ quod ſi poſt de leg.* 2. pars autem diviſa jam proprie pars non eſt, ſed totum, *l. recte dicimus de V.* S. quod ſi uni fundus legatus ſit, alteri ejuſdem fundi uſusfructus, ut conjunctio inter eos, ita & jus accreſcendi vertitur, *l. ſi tibi 6. de uſufr. earum rerum*, *l.* 26. *§. ult. de uſu & uſufr. legato. Nicolaus Valla cap.* 8. *quæſt.* 1. *de rebus dubiis*, nam etſi dici poſſit, nullam in propoſito conjunctionẽ videri; diverſas enim res legatas, alteri proprietatem alteri ſervitutem, id eſt, jus utendi fruendi ſeparatum à proprietate, *l. 1. ff. de uſufructu*, prævaluit tamen ſententia exiſtimantium utrique rem eandem legatam, nempe jus percipiendi fructus ex fundo, quamvis id quod proprietati cohæret, pars plenæ proprietatis ſit, & aliquid proprium ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

beat, quod ſeparatum à proprietate non habet. quid ſi teſtator ita ſcripſerit. *Titio illum fundum do lego*, Sejo hoc *amplius decem*, quæritur an in fundi legatum Titio Sejus concurrat, an habeat fundum Titius inſolidum & Sejus decem, & ait Mætianus non eſſe dubitandum, quin Sejus & partem fundi & decem ex teſtamento percipere debeat. *l.* 13. *de legat.* 3. At contra Africanus ſcribit in *l. ſi ſervus legatus §. ſi ita ſcriptum de leg.* 1. non eſſe dubitandum quin & Titio ſuum legatum maneat, & Sejo nihil ultra decem debeantur, nec in utriuſque propoſitione aliud diſcriminis eſt; quam quod in Africani *Amplius* ponitur in principio ſecundi legati, in Mætiani autem *Amplius* ponitur inter nomen ſecundi legatarii & decem legatum: Sed hoc non ſatis Idoneum diſcrimen eſt, ad inducendam juris varietatem, quia in lege *ſi tibi pure. de leg.* 3. etiamſi verbum

Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Amplius ſit poſitum in principio, idem tamen ſecundæ perſonæ attribuit, quod primæ in explicanda hac oratione, *Lucius Titius plebi quina millia dedit; hoc amplius Sejo viſcerationem*, nec intereſſe ſive *Amplius* præcedat ſive ſequatur ſubdita ſtatim in eadem lege enuntiatio oſtendit, *Titius accepit quinque, Sejus hoc amplius fundum*. eandem enim vim habet ac præcedens ſcriptura, nempe ut quina etiam Sejus accepiſſe intelligatur. Qua propter excogitanda eſt alia fortior diverſitatis ratio & ita ſtatuendum: Si conjuncta ſcriptura Titio legetur fundus, & hoc amplius Sejo decem, dicimus Sejum in fundo partem habiturum, & ita accipienda eſt *d. l. 13.* & vero conjunctionem ſcripturæ hoc facere oſtendit *l. ultima ff. de reb. dub.* aliud igitur ſtatuemus ſi ſeparatim Titio legetur fundus & poſtea Sejo hoc amplius decem; nam tunc non dicemus eandem rem

rurſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

rurſus legatam, ſed illis verbis priori legato aliud adjectum, atque ita amplius oneratum heredem, nec tamen hoc caſu repetitionem inducendam; & ita ſentit Cujacius. Quid ſi res eadem à diverſis heredibus pluribus legetur, an inter tales conjunctio & jus accreſcendi vertetur; Ita ſane niſi teſtator expreſſis verbis ſolidum unicuique dari teſtamento ſuo caverit, *l. Unica §. ubi autem verſ. ſin autem C. de ead. tollend.* aut niſi poſteriori à priore ademptum legetur, ademptum autem apparebit, ſi ſecundum legatum factum ſit cum commemoratione prioris & relativi *quod*, veluti, *quod Titio legavi, Sejo do lego, l. ſicut. de adimend. legat.* Quæritur hic opportune an in quantitate legata conjunctioni & juri accreſcendi locus ſit? In quo hæc diſtinctio adhibenda eſt, aut quantitas naturam ſuam retinet, aut ejus notiſſimos fines egreditur, priore caſu aut con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

conjunctim, aut disjunctim legatur, ſi disjunctim veluti, *Titio decem do lego: Sejo decem do lego*, conjunctionem ceſſare, & ſolida ſingulis deberi certi juris eſt, *l. Plane* 34. *§. ſed ſi* 3. *de leg.* 1. Si conjunctim hoc modo, *Titio & Sejo decem do lego*, quantitas perſonarum enumeratione diviſa cenſetur, & ut numero conſtat ita & in perſonas diviſa intelligitur, & ideo conjunctio ceſſat, *l. cum quis* 56. *de V. O. l. cum Stichus* 29. *ff. de ſolutionibus*, *l. cui fundus* 56. *de condit. & demonſtrat.* Ex præſumpta tamen teſtatoris voluntate, qua nihil potentius apud nos nihil noſtro animo ſacratius eſſe debet, quandoque ad unam ſummam vocati, conjuncti habentur, ut ſi quis unam ſummam filiabus reliquerit; cum enim nomine collectivo filias comprehenderit, non expreſſa denominatione perſonarum, nec diviſa ſumma teſtatoris voluntate præſumitur, *l. qui quartam*

15. §.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

15. §. *ultimo de leg. 1.* poſteriore caſu ſi quantitas naturę ſuæ terminos egrediatur, ut ſi ita legetur, *Titio & Sempronio nummos quos in arca habeo do lego*, conjunctionem intercedere & juri accreſcendi locum eſſe procul dubio eſt; talis enim quantitas corporis vice fungitur, *d. l. Plane §. 4. l. ſed ſi certos 51. l. Talis ſcriptura §. 1. de leg. 1.* Præterea in genere legato conjunctio ceſſat, item ſi uni genus alteri ſpecies, vel uni totum alii pars certa de toto, nam & ſpecies de genere, & pars de toto intelligitur adempta, exempli gratia, Titius legavit uſumfructum bonorum ſuorum uxori, & mihi fundum, an in uſufructu fundi uxor ſit mihi conjuncta, quæritur: ſed magis eſt me præcipuum fundum cum uſufructu habere debere, neque aliam conjunctionem eſſe quaſi pars de toto ſit detracta *l. Uxorem 41. §. feliciſſimo, l. ſervis 99. §. ult. de leg. 3.* Aliud enim

enim eſt alteri fundum, & alteri ejuſdem fundi uſumfructum legare, quia tunc in uſufructu conjunctio eſt: aliud uni fundum, alii uſumfructum in omnibus bonis; qua in ſpecie illud remanet ut generali legato ſpecies deroget, *l. in omni jure ff. de Reg. juris. Æmilius Ferretus ad l. re conjuncti num.* 31. ſed ſi uni ſpecies alteri optio ex eodem genere legetur, quia qui optionem habet ſpeciem legatam optare poteſt ideo inter eos conjunctio & jus accreſcendi admittitur, *l. Si Domino Stichus 99. de leg.* 1. & his ſuccincte de principiis juris accreſcendi præcognitis, reliqua jus iſtud conſtituentia pertexam, & prius quia hominum cauſa jura conſtituta ſunt, inter quas perſonas jus iſtud locum habeat exhauriam.

Jus accreſcendi vetuſtiori jure inter quoſcunque heredes, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato vim ſuam exeruit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

exeruit: Deinde lex Papia Poppæa locupletando ærario lata jus quidem accreſcendi extraneis heredibus ademit, ſed neceſſariis perſonis hoc eſt liberis & parentibus uſque ad tertium gradum heredibus ſcriptis, nec non omnibus legitimis heredibus ab inteſtato jus id integrum & illæſum ſervavit, Adeo naturalis lex hominum mentibus inſita vim habet, ut etiam in ipſis neceſſitatis anguſtiis lex Civilis ei jugum ſuum imponere erubeat, poſtea bellis ſopitis & republica in priſtinum ſtatum ſplendoremque reſtaurata, lex Papia caducaria à Juſtiniano ſublata eſt, & jus antiquum omnibus indiſtincte heredibus ſive ex teſtamento, ſive à lege vocatis, reſtitutum eſt quo jure nunc utimur, *l. ſi ex pluribus ff. de ſuis & legit. heredi l. Vnica C. de ead. toll. §. ſi ex pluribus inſtit. de SC. orficiano.* Hinc hoc loco agitari ſolet, an inter inſtitutum in re certa & heredem uni-

verſalem

verſalem juri accreſcendi ſit? In qua quæſtione veriſſimam puto negantium ſententiam, quia inſtitutus in re certa legatarii loco eſt, *l. quoties* 13. *C. de hered. inſtituend.* jus autem accreſcendi inter eos tantum verſatur qui ad eandem rem eodem inſtitutionis titulo vocantur, *l. 6. ff. de bonor. poſſeſſ.* opponitur, *l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hered. inſtituend.* ubi inſtitutus in re certa detracta fundi mentione heres eſt. reſpondeo quæſtionem noſtram exaudiendam eo caſu quo univerſalis heres inſtitutus eſt, cui alius adjunctus eſt inſtitutus in re certa juxta, *d. l. quoties C. de hered. inſtit.* at *§. ſi ex fundo*, de eo loqui qui inſtitutus ſit in re certa, nullo ei coherede dato. Competit quoque jus accreſcendi fideicommiſſariis generalibus, *l. cogi poterit 16. §. ſi quis heres, l. Papinianus 43. l. pro penult. ff. ad SC. Trebellianum,* item inter bonorum poſſeſſores juri

ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

accreſcendi locus eſt, *l. 3. §. ultim. cum 3. ll. ſeq. de bon. poſſeſſio, §. cum igitur inſtit. eodem tit. l. Unica C. quando non petentium partes.* & ideo ſi unus ex heredibus ſcriptis bonorum poſſeſſionem repudiet, vel alias excluſus ſit, portio ejus coheredibus ipſo jure accreſcet, *l. 2. §. duo. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabulas.* Sane quamdiu unus cunctatur & deliberat an admittat bonorum poſſeſſionem an non, portio bonorum poſſeſſionis ejus coheredi non accreſcit, *l. 2. §. pro qua quiſque parte de bon. poſſ. ſecund. tab.* idemque dicendum eſt ſi alter ſcriptus ſit pure, alter ſub conditione, nam pendente conditione, ſcriptus pure ſuæ tantum partis bonorum poſſeſſionem admittit, & pro ſua parte adit. Nec his obſtant, *l. ſi heres unus 7. ff. fam. erciſcundæ, l. 1. §. ſed & quoties ad Trebellianum l. idem & ſi §. ult. de uſufr. accreſc.* quia hæ leges loquuntur de re conjunctis,

qui

qui jure antiquo ſolidum ab initio ſed concurſu partes habebant: ex quo non mirum ſi interim in ſolidum admittantur. Eadem fere ratione ſi ex tribus filiis quibus bonorum poſſeſſio contra tabulas competit, unus ab hoſtibus captus eſt, aliis duobus beſſis dumtaxat bonorum poſſeſſio dabitur, quia ſpes eſt captum ab hoſtibus poſtliminio reverſurum & pro parte ſua bonorum poſſeſſionem admiſſurum: idemque ſervatur in poſthumo, nam quamdiu poſthumus ſperatur in ea cauſa eſt ut partem faciat, *l. 1. §. 4. & 8. de bon. poſſeſſ. contra tab.* hoc eſt ut perſona ejus numeretur in partibus faciendis, *l. 1. §. pen. & ult. de collatione bonor. l. Papinianus §. quoniam ff. de inoff. teſtam.* Sed ſi filius captivus apud hoſtes, decedat, aut reverſus bonorum poſſeſſionem repudiet, partem non faciet fratribus, ſed aliis duobus totius aſſis bonorum poſſeſ-

ſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſio dabitur, idemque eſt & ſi poſthumus poſtea non naſcitur, quod & innuit, *l. 10. §. liberi. de bon. poſſ. contra tabul.* dum ait liberos qui non admittuntur ad partem veluti qui excluſi ſunt bonorum poſſeſſione aut repudiarunt non facere partem, ſi per alios committatur edictum, quo pertinet etiam, *l. 12. ff. eodem tit.* duo ſunt filii & ex altero filio duo nepotes vocantur ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem, quas facient partes? fient tres, licet ſint quatuor perſonæ, nam duobus nepotibus dabitur tantum triens, *l. 11. in fine de bon. poſſeſſ. contra tabulas.* quid ſi unus ex nepotibus repudiet nec petat bonorum poſſeſſionem contra tabulas an omnibus accreſcet? id eſt patruis & fratri? minime, ſed fratri tantum, quoniam ſunt unius vicem. Ergo qui repudiat non facit partem. nunc quid ſi unus ex filiis repudiet, an accreſcet omnibus? ita ſane, ſed cui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

cuique pro rata portionis, itaq; hoc caſu fient duæ partes ſemiſſem habebit alter filius, alterum ſemiſſem nepotes perinde ac ſi ſemper ab initio unus extitiſſet filius, & duo nepotes: ergo qui non admittitur ad partem non facit partem, nec hanc definitionem evertunt, *l. Plane §. ſi conjunctim de leg. 1. & l. hujuſmodi §. ſi Titio l. ſi duobus eod. tit. l. 7. & l. ult. §. Sejo de leg. 2.* quia ut jam oſtendi hæ leges de legatis quæ olim per damnationem pluribus conjunctim relinquebantur accipiendæ ſunt, in quibus juri accreſcendi locus non erat. Quid ſi teſtator primum, & ſecundum heredes inſtituerit, & ſi ſecundus heres noneſſet tertium ei ſubſtituerit, an omittente vel alias excluſo ſecundo, tertius ex ſubſtitutione ad ſecundi partem admittetur? Magiſque eſt ut admittatur, quia ſubſtitutus expreſſa ſubnixus teſtatoris voluntate coheredi conjuncto præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

præfertur, niſi evidens diverſa mens teſtatoris ad probetur, *l. 30. ff. de Vulgari, l. penult. C. de impub. &c.* ſed ſi tertius bonorum poſſeſſionem petere aut nolit, aut caſu aliquo prępeditus non poſſit, recidit bonorum poſſeſſio ad primum quia ſcripto heredi ſicut portio hereditatis, ita bonorum poſſeſſio ipſo jure accreſcit, ſed obſtat, *l. pen. de injuſto rupto & irrito.* in quo excluſo ſubſtituto excluditur & coheres, ergo bonorum poſſeſſio ad eum non recidit, ſed ideo id fit, quia coheres non poteſt venire ex ſua perſona ob poſthumum præteritum, at quoties poteſt venire ex ſua perſona, excluſo ſubſtituto res ad eum recidit. Hic etiam vetus agitari quæſtio ſolet, an omiſſa bonorum poſſeſſione ab eo cui alias jure civili defertur ſucceſſio pars ejus coheredi accreſcat? Quod puto interim dum is qui omiſit juris civilis auxilio utatur, per §. 4. & 5. *inſt.*

de

de bonor. poſſeſſio, l. 1. de ſucceſſorio Edicto. Duarenus lib. 1. cap. 20. Præterea in bonorum poſſeſſione contra tabulas jus iſtud verſatur, *d. l. 12. in prin. de bonor. poſſeſſione contra tabulas.* nec non in edicto de conjungendis cum emancipato liberis, *l. 1. §. 12. de conjungendis cum emancipato lib. l. 5. §. ult. ſi tabulæ teſtament.* Item inter patronos in ſucceſſione liberti jus iſtud locum habet, deficientibus enim liberis liberti, vel nullis extantibus patroni ad ſucceſſionem liberti vocantur, uno vero omittente, vel aliquo caſu excluſo veluti ſi libertum in ſervitutem petierit, aut capitis accuſaverit, aut eum alere recuſaverit, aut ab eo juſjurandum exegerit ne uxorem ducat, *l. qui cum 14. l. communi 24. & l. 33. de bonis libertorum*, portio ejus cæteris accreſcet, *l. quodcumque 4. §. 1. ſi quid in fraudem patroni.* quid ſi

altero,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

altero ex patronis jusjurandum deferente, libertus juraverit ſe libertum ejus non eſſe, an alteri patrono totius debitæ verecundiæ patronali portionis, an vero dimidiæ tantum bonorum poſſeſſio dabitur? & ait Ulpianus *in l. 13. ff. de jure jurando*, ſi is cui juratum eſt patronus fuiſſet, alteri ſuæ portionis bonorum poſſeſſionem competere, & ſubjungit rationẽ ex vulgari regula deſumptam, quia jusjurandum adverſus alterum patronum delatum, ipſi prodeſſe non poſſit, *l. 3. §. unde Marcellus 3. in fine ff. de jure jurando*, reliqui autem caſus ſuperius relati quibus patroni portione ſua privantur, & jure ſuo cadunt publica ſanctione firmati, in commune omnibus proſunt; jusjurandum autem ei ſoli prodeſt, qui juravit, & ei ſoli nocet adverſus quem juratum eſt, *d. l. 3. §. 3. ff. de jurejurando*, Pariter inter eos quibus

bus liberti aſſignati ſunt; jus iſtud locum habet, *l 3. in fine cum 2. ll. ſeq. ff. de adſignand. libertis.* Quin & inter legatarios & fideicommiſſarios ſingulares, mortis cauſa donatarios, nec non inter liberalitatis Imperialis ſocios locum habet, *l. Titio 34. cum 2. ll. ſeq. ad l. Aquiliam §. ſi eadem res inſtit. de leg. §. 1. inſt. de ſing. rebus per fideicom. relictis, l. ult. C. de mortis cauſa donatio. l. unica C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius, lib. 10. Gomeſius Variar. Reſolutio. tomo 1. nu. 2.* poſtremo inter eos quibus inofficioſi teſtamenti querela competit jus iſtud vim ſuam exerit, *l. ſi ponas 23. §. ult. ff. de inofficioſo teſtamento,* unde ſi cum duo filii à patre exheredati eſſent, unus ex his repudiantis animo non venerit ad accuſationem, aut præſcriptione quinquennii excluſus ſit, vel cum jam agere cæpiſſet, poſtea ab accuſatione deſtiterit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

alteri qui de inofficioſo egit & obtinuit, pars repudiantis vel tempore excluſi accreſcet, atque ita totam hereditatem ab extraneo herede vindicabit, quaſi tunc ſolus in rerum natura fuerit, cum patrem inteſtatum faceret, cum patris teſtamentum reſcinderet, *l. qui repudiantis* 17. *& l. ſi ponas* 23. §. *ult. de inoff. teſtamento*, ſed ſi dum unus cunctatur, & animi dubius pendet, alter centumvirale judicium pertulerit, partem ei qui evicit faciet is, qui nondum conqueritur, hoc eſt impediet quo minus is qui obtinuit, totum aſſem ab herede auferat, neque enim cunctatio & dilatio ſed repudiatio aut excluſio unius alteri jus accreſcendi tribuit, *l. Papinianus* §. *quoniam ff. de inoff. teſtamento.* In legatis alimentorum jus accreſcendi ceſſat, *l. Dominus* §. *fin. ff. de uſufructu & quemad. quis utatur*, cujus elegans ſpecies hęc eſt:

Teſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Teſtator libertis ſuis fructum prædiorum ob alimenta per fideicommiſſum ab herede reliquit, deinde heres diſtributione pro rata facta ex fructibus prædiorum libertis alimenta aliquamdiu præſtitit, mox unus ex libertis alimentariis, ſeu fructuariis ob alimenta vita deceſſit, quæritur utrum partis ejus emolumentum accreſcat cæteris collegatariis; an vero ad heredem revertatur? Et ait Papinianus partium emolumentum ex perſona vita decedentium ad heredem proprietatis dominum recurrere, hac ſcilicet ratione quod cum fructum ſingulis ad alimenta præſtari voluerit hinc apparet non plus quemquam eorum habere voluiſſe, quam quo vitam ſuam toleraret, ideoque portio unius deficiens, cæteris non accreſcet, quibus affatim ſuppetit quo ſe exhibeant, & ſicut in limitatis agris dicitur

ceſſare jus alluvionis, *l. in agris, ff. de acq. rerum dominio*, quod quidem jus alluvionis comparatur juri accreſcendi, *in l. ſi Titio fructus in fine ff. de uſufructu*, ita in uſufructu limitato ad finem alimentorum jus accreſcendi ceſſare recte ex hoc reſponſo inferam, ait ibi Cujacius. Ceſſat quoque in hereditate, aut legato ſervo communi relicto, quia ut Proculo & Celſo placuit in *l. & Proculo de leg. 2.* non conjunctim ſed ſeparatim partes cuique dominorum relictæ ſunt, pro ea parte quam quiſque in ſervo habet, ſervus enim dominis pro dominicis portionibus acquirit, *l. communis in fine de acquir. rerum dominio, l. 5. de ſtipulat. ſervorum, l. ſi ſervus plurium de leg. 1. Ecloga Baſil. lib. 16. cap. 3.* obſtat, *l. 1. §. denique. de uſufructu accreſcendo.* in quo §. Julianus ait uſumfructum ſervo communi relictum altero dominorum omittente

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

vel repudiante ad alterum ex domi-
nis pertinere non ad proprietatem
recurrere, verum portio deficiens
ad alterum ex dominis pertinet, non
conjunctionis aut accreſcendi jure,
ſed jure poteſtatis, quo fit ex regula
veterum ut quod ſervo communi
defertur, ſi alter ex dominis acqui-
rere non poteſt, totum ad alterum
pertineat, quaſi ejus ſolius ſit ſervus
cui acquirendi facultatem habet,
l. 1. §. communis 4. l. item ſi ſervus
9. de ſtipulat. ſervorum. qui autem
hereditatem, aut rem legatam ſper-
nit & repudiat, is eam amplius ac-
quirere non poteſt. Conſequens eſt
igitur ut totum ad alterum ex domi-
nis pertineat. ſed ne quis objiciat
fruſtra Celſum tam enixe ſententiam
ſuam defendiſſe quod nihil interſit
quo jure alteri dominorum portio
deficiens accedat, ſciendum eſt ma-
gni referre quo jure portio illa defi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ciens accreſcat: nam ſi jure accreſcendi, quandocumque deficeret portionem acquiſitam comitaretur, ſed quia jure poteſtatis acquiritur, evenit ut ſi deliberante altero ex dominis an hereditatem aut legatum agnoſcat, ſervus manumiſſus ſit, huic portio deinde omiſſa, aut repudiata acquiratur, non alteri domino cujus in poteſtate eſſe deſiit, *l. ſi ſervus 64. de acquir. heredit. & ita ſentit Hugo Donellus* 10. *commentar. juris cap.* 23. nec diſcrimen ullum inter hereditatem & legatum pono ut in hereditate inter dominos juri accreſcendi locus ſit, in legato non item: quia par in utroque ratio, nec in illa magis quam in hoc domini conjuncti, nec minus partes ſeparatim relictæ; adeo ut ſervus quaſi duo ſervi ſint, & plurium vicem ſuſtineat, conſideretur ab initio, *d. l.* 64. *l.* 81. §. 1. *de legat.* 1. nec obſtat *l. ſi ſervus* 67. *de*

acq.

acq. vel omitt. hereditate. quia in illa lege portio deficiens alteri ex domi-nis accreſcit, non quidem jure ac-creſcendi quod inter conjunctos dumtaxat locum habet; ſed tacito il-lo jure antiquo, quo quod uni ex do-minis non acquiritur, ad alterum pertinet quaſi ſolus dominus ſit, *d. l. 1. §. 4. & l. 9. de ſtipulat. ſervorum. diſſentiunt Franciſcus Balduinus ad §. ſi eadem res inſt. de leg. & Franciſcus Duarenus lib. 1. cap. 13.* Præterea in feudo novo jus accreſcendi ceſſat, ideoque unius vaſalli portio defi-ciens, ad dominum, ſeu majorem feudi revertitur, *cap. 1. §. penult. qui-bus modis feudum amittatur. cap. 1. §. ult. de feudo Marchiæ, cap. Unic. de beneficio fratrum. cap. Unic. de fratri-bus de novo beneficio inveſtit; Petrus Coſtalius ad l. 1. §. 2. num. 11. de uſufr. accreſc.* quod etiam in feudo à ſummo principe conceſſo locum

habet, *d. cap.* nec obſtat, *l. Vnica C. ſi liberalit. Imperialis ſocius lib.* 10. quia hæc lex de alia liberalitate non de feudo loquitur, quod certo & ſingulari jure, non civili regitur. Ultimo, in donationibus inter vivos, verborum obligationibus & aliis contractibus jus accreſcendi ceſſat, *argum. l.* 110. *de V. O.* veluti ſi quis ſibi & Titio Stichum ſtipuletur, hæc ſtipulatio ex parte utilis, ex parte inutilis eſt, utilis ex parte ſtipulatoris, inutilis vero ex parte adjecti, quia nemo alteri ſtipulari poteſt, ex quo colligitur cum ſtipulator & Titius, re & verbis conjuncti ſint neque pars Titii ſtipulanti accreſcat, in contractibus juri accreſcendi locum non eſſe.

Ennumeratis perſonis inter quas & rebus circa quas jus accreſcendi vertitur, ſuperſunt executienda quædam quæ his ſummis faſtigiis com-

pre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

prehendi poſſunt, 1. quæ portio & quomodo deficiat 2. cui portio deficiens accreſcat, 3. utrum volenti, an invito accreſcat, 4. an cum onere vel ſine onere, 5. pro qua parte accreſcat & qua actione petatur, 6. & poſtremo loco, quinam ex diverſimode conjunctis alii aliis præferantur.

Quod ad primum attinet, in quo quæritur quæ portio & quomodo deficiat. Sciendum eſt ea quæ deficiunt ex temporibus quibus deficiunt trifariam olim diviſa, triplicemque exinde tam appellationem, quam juris diverſitatem ſortita fuiſſe, vel enim deficiunt ſtatim, & initio teſtamenti, aut poſt teſtamentum vivo teſtatore, aut poſt mortem teſtatoris; quæ deficiunt ſtatim & ab initio pro non ſcriptis ſunt, quæ poſt teſtamentum vivo teſtatore morte naturali heredis, aut legatarii aut defectu

conditionis deficiunt in cauſa caduci eſſe dicuntur: quæ poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas, directa & aperta voce ut Juſtinianus ait caduca appellantur, *d. l. Vnica §. Et cum triplici de cad. tollend.* quæ pro non ſcriptis ſunt hoc eſt quæ perinde habentur, atque ſi ſcripta & inſerta teſtamento non eſſent, quæ & inutilia & nullius momenti eſſe dicuntur, cujus generis ſunt quæ jam mortuo forte ignorans teſtator reliquit, *l. pen. ff. de his quæ pro non ſcript. habentur, l. 2. l. Divi §. ult. l. quidam §. 1. de jure codicill. l. quo loco in fine ff. de hered. inſtit. & in d. §. & cum triplici, C. de cad. tollend. qui in rerum natura cum conderentur elogia non fuerunt,* id eſt, qui jam mortui fuerant, iis quod relinquitur pro non ſcripto eſt, nam & qui nondum nati, vel concepti ſunt, non ſunt in rerum natura, ſed non tamen omnia quæ iis re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

relinquuntur, pro non ſcriptis habentur, *l. placet ff. de lib. & poſth. l. 2. in prin. de jure codic. l. 6. §. ult. de rebus dubiis*: item quod quis relinquit iis qui capti ſunt ab hoſtibus, pro non ſcripto eſt, ſi ibi moriantur nec poſtliminio redeant, *d. l. penult. ff. de his quæ pro non, & l. ſi ſervo meo, §. 1. de leg. 1.* quia exinde ex quo capti ſunt mortui intelliguntur, mors quę inſecuta eſt jungitur captivitati vel primo momento captivitatis, *l. juſto ff. de uſurp. & uſucap.* item quod quis dictante teſtatore ſibi adſcribit ex S. C. Liboniano inutile ſeu pro non ſcripto eſt, *l. 6. ad l. Corneliam de falſis, l. 1. ff. de his quæ pro non ſcriptis, l. in teſtament. de cond. & dem.* ſed & captatoria ſcriptura, qua quis alicui quid relinquit ut ab eo eliciat tantumdem vel amplius veluti, *qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in tabulis ſuis recita-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

verit ex ea parte heres eſto, captatoria inſtitutio eſt, *l. illa inſtitutio, ff. de hered. inſtituend. l. captatorias de leg.* 1. & ideo ex alio S. C. reprobatur & perinde habetur ac ſi inſerta teſtamento non eſſet, *l. 1. ff. de his quæ pro non ſcriptis*. De his ita loquitur Plinius, *lib. 9. Epiſt. 30. His ego viſcatis hamatiſque muneribus non ſua promere puto ſed aliena corripere.* Item quod peregrino veluti deportato relinquitur, pro non ſcripto eſt, *l. 1. C. de hered. inſtit.* ſed & quod in metallum vel in opus metalli damnato relinquitur excepta in utroque alimentorum cauſa pro non ſcripto eſt, *d. l. 3. de his quo pro non ſcriptis, l. 16. ff. de interd. & relegatis*, & ſi qua alia hujuſce generis, ea ex lege Papia non reciderunt in fiſcum, nec enim ad ea pertinuiſſe leges Caducarias Plinius *lib. 2. Epiſt. 16.* docet, *In codicillis* (inquit) *qui pro non ſcriptis habentur*

dela-

delatori locus non eſt, ſed quę pro non ſcriptis ſunt pertinent ad ſubſtitutum, *l. 1. ff. de his quæ pro.* aut ceſſante ſubſtituto, conjuncto coheredi ſeu collegatario accreſcunt, *d. l. Unica §. in primo itaque ordine. de cad. toll.* deficiente vero conjuncto apud eum à quo relicta ſunt, plerumque ſine onere reſident, *§. Hæc videlicet C. de cad. tollend. l. Julianus, l. ſi quis poſt. de leg. 2.* Quæ in cauſa caduci eſſe dicuntur jure antiquo pro non ſcriptis erant, quia in eum caſum devenerant à quo non poterant incipere juxta, *l. 3. ff. de his quæ.* lege autem Papia erant in cauſa caduci, id eſt obnoxia fiſco eodem jure eademque conditione qua caduca. Sed ex conſtitutione Juſtiniani, *de cad. tollendis*, pertinent ad ſubſtitutum ſummoto fiſco & reſtituto jure antiquo: quod ſi nullus ſit ſubſtitutus accreſcunt conjuncto, id eſt co-

heredi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

heredi vel collegatario, ſi vero nullu ſit ſubſtitutus vel conjunctus, ea quæ in cauſa caduci ſunt remanent apud heredem, vel legatarium vel alium quemlibet à quo jure relicta ſunt; igitur ea quæ pro non ſcriptis habentur, ab his quæ ſunt in cauſa caduci eo tantum diſtant, quod illa remanent ſine onere, niſi perraro; hæc vero cum ſuis oneribus, *d. l. Vnica §. pro ſecundo.* Caduca dicebantur quæ jure relicta capaci aliqua ex cauſa; id eſt aliquo ex caſu poſt mortem teſtatoris ab eo in fiſcum cadebant ut docet Ulpianus, *li. regul. tit. de caducis*, ubi quatuor caſus quibus caduca fiebant breviter perſequitur, quorum primus eſt, Si legatum aut hereditas relicta ſit cælibi & is intra dies centum, (quibus verbis dies centeſimus cumprehenditur, *l. ſi quis ſic dixerit de V. S.* id eſt intra diem cretionis & aditionis à morte teſtatoris legi

Papiæ

Papiæ non paruerit hoc eſt veras non contraxerit nuptias, (nam ſimulatæ non ſufficiunt & ita ex inſcriptione *l. ſimulatæ. de ritu nupt.* referenda eſt ad legem Papiam) quod ei relictum eſt in fiſcum cadebat, ſed has cælibatui indictas pœnas Conſtantinus merito ſuſtulit, *l.* 1. *C. de infirm. pœnis cœlibatus. Euſebius lib.* 4. *de vita Conſtantini.* Secundus caſus eſt ſi legatum vel hereditas relicta fuerit latino Juniano, & is intra dies centum, id eſt, intra dies cretionis à morte teſtatoris, jus quiritum ſeu civitatem Romanam conſecutus non fuerit, nam & hoc caſu quod relictum erat caducum fiebat, & hos duos caſus repetit etiam Ulpianus, *d. lib. tit. qui heredes inſtitui poſſunt.* quibus autem modis Latinus Junianus civitatem conſequeretur tradit item author, *eod. lib. tit.* 4. Tertius caſus eſt ſi poſt mortem teſtatoris ex

parte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

parte heres ſcriptus vel legatarius vi-
ta deceſſerit ante apertas tabulas
quod eſt antequam cederet dies le-
gati, vel dies adeundæ hereditatis:
nam ex lege Julia & Papia is dies in-
cipit ex apertis tabulis, id eſt ab eo
demum die, quo apertæ ſunt tabulæ
teſtamenti & recitatæ, *Ulpianus l. re-
gularum tit. de legat.* & recte ait Ul-
pianus, *d. tit. de cad.* ex parte heres
ſcriptus, quia hic non potuit adire
hereditatem ante apertas tabulas, at
heres ſcriptus ex aſſe potuit adire
hereditatem, etiam clauſis tabulis
teſtamenti, *l. 1. §. ult. de juris & fact.
ignorantia, l. Mulieri, & l. Multum
de condit. & demonſtrat.* Quartus ca-
ſus eſt, ſi poſt mortem teſtatoris ante
apertas tabulas ex parte heres ſcri-
ptus, vel legatarius peregrinus factus
fuerit, hoc eſt in peregrinitatem red-
actus ſit, amiſſa civitate Romana, ut
ſi deportatus ſit in inſulam, quę pere-

grinita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

grinitas eo caſu pro morte habetur, *l. 1. §. filium. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. verum. §. ultimo, ff. pro ſocio,* aut in metallum damnatus ſit, & juxta id jus accipiendum eſt quod ſcripſi de damnato in metallum, *tract. de ſubſtitut. pag. 21. linea 14. verſ. ſed ſi poſt mortem.* additur his quintus caſus, ſi poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas conditio hereditatis aut legati defecerit, quia hujus dies non ceſſit, & qui initio fuit capax hereditatis aut legati, ex accidenti id eſt deficiẽte conditione factus eſt incapax, quo caſu etiam fiſcus vocabatur ex l. Papia Poppæa, *l. intercidit. de condit. & demonſtrat.* ſed cum hodie caduca penitus ſublata ſint & jus antiquum, quod ante legem Papiam obtinuit, ſit reſtitutum; convenit à morte teſtatoris etiam clauſis tabulis hereditatem adiri poſſe, & ex eodem die legata & fideicommiſſa pure vel in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

in diem certum relicta cedere, hoc eſt in ea cauſa eſſe ut tranſmittantur ad hæredem, §. *cum igitur C. de cad. tollend.* exceptis libertatibus, & uſufructu nec non alia perſonali ſervitute legata, quæ quoniam perſonæ cohærent fruſtra ante aditam hereditatem dies eorum cederet, *d. l. Vnica, C. de cad. tollend. §. in libertatibus, l. 8. & 9. ff. quando dies legati cedat.* ſane ex eadem conſtitutione ſi hereditas, legatum, aut fideicommiſſum ſub conditione vel in diem incertum qui pro conditione habetur, *l. dies incertus. de condit. & de monſt.* relicta ſint, non ante heredita adiri vel legati aut fideicommiſſi dies cedere poteſt, quam ſi conditio conſummata ſit, aut dies extiterit atque ideo ſi pendente conditione i cui quid relictum eſt deceſſerit, ve eo ſuperſtite conditio defecerit quod relictum eſt ad ſubſtitutum

per

perveniet, aut eo ceſſante accreſcet conjuncto & hoc quoque deficiente, remanebit apud eos à quibus relictum eſt, *d. l. Vnica §. ſin autem ſub conditione C. de ead. tollend.* & ex his apparet verum eſſe quod dicitur, *in §. ſi eadem res inſtit. de leg.* portionem legati quoquomodo deficientem conjuncto accreſcere; qua tamen definitione excipiuntur ea quæ ut indignis auferuntur, nam ſicut hęc ad ſubſtitutum non tranſeunt, *l. ſi ſequens gradus. de SC. Sillaniano*, ita nec conjuncto accreſcunt ſed ad fiſcum plerumque, *d. l. Vnica §. ne autem C. de ead. toll.* vel ad alias perſonas devolvuntur, ut in caſibus, *l. 5. & pen. C. de legat. l. ſi ex voluntate C. de donat. inter virum & uxorem, l. ſi patrem §. ſi fideicommiſſum ff. ad Trebellianum, l. ſi ab hoſtibus §. ult. ſolut. matrimonio, l. 5. §. amittere ff. de his quibus ut indig.* No. 1. & 115.

Por-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Portio autem ſemel agnita amplius deficere & juri accreſcendi aditum reſerare non poteſt, ut enim hereditate adita ſubſtitutio vulgaris evaneſcit, ita etiam hereditate aut legato agnito jus accreſcendi quod ſubſtitutioni agnatum eſt ceſſat, & evaneſcit: Quod tamen in quibuſdam exceptionem admittit, veluti in uſufructu legato qui conſtitutus, & poſtea amiſſus jus accreſcendi recipit, nam ut Celſus & Julianus ajunt uſusfructus quotidie conſtituitur & legatur, *l. 1. §. interdum l. 10. ff. de uſufr. accreſcendo.* ſed cur dicitur potius, ſæpius uſusfructus legari, & conſtitui, quam proprietas, & cur ſemel acquiſita deinde amiſſa ab uno proprietas, alteri conjuncto non accreſcit: at amiſſus uſusfructus accreſcit? ratio differentiæ hæc eſt, quia unius rei proprietas & una eſt, quæ momento conſtituitur, id eſt eo tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tempore ſolo quo vindicatur ab initio, *§. ſic itaque inſt. de actio.* eo igitur ſolo tempore qui non concurrit alteri partem non facit, contra eo tempore qui concurrit alteri ſemper facit partem, licet poſtea concurrere deſinat amiſſa parte ſua: uſusfructus vero quamvis unius rei multiplex eſt, conſiſtit enim in facto utentis fruentis, ut non prius conſtituatur, quam quis utatur fruatur, *l. 1. in prin. quando dies legati uſusfructus cedat.* & ut factum ceſſatione intermittitur, & intermiſſum ſæpius reſumitur, ita uſusfructus non fruendo quaſi extinguitur, & iterum fruendo conſtituitur & renovatur, quia in diverſa & intermiſſa ſæpius fructuum perceptione conſiſtit, at opponitur quod uſusfructus dies ſemel cedit, *l. unic. quando dies legati uſusfr. cedit.* ergo & ſemel conſtituitur: quoties enim quid conſtituitur toties ejus dies cedit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

dit: ſed multum intereſt in voluntate teſtatoris, utrum expreſſe legetur uſusfructus in dies ſingulos an tacite, illo caſu ſæpius dies cedit, hoc vero ſemel, *d. l. unica*: Sunt & alii caſus in quibus poſt aditionem jus accreſcendi locum ſibi vindicat ut in aſſignatione libertorum, liberalitate principis, & in ea donatione quam fecit mulier liberis, ex priore matrimonio ſuſceptis, convolans ad ſecunda vota, *l. 3. cum 2. ll. ſeqq. de aſſignat. libert. l. Vnica, C. ſi liberalitatis Imperialis Socius, lib. 10. l. ſi qua mulier 4. C. ad S. C. Tertullianum*: item cum minor in integrum reſtitutione impetrata partem hereditatis repudiat, *l. ſi minor. ff. de acq. hereditate*.

Secundo quæritur cui portio deficiens accreſcat? & coheredi, collegatario & cuilibet conjuncto qui portionem agnovit, portionem deficien-

ficientem accreſcere explorari juris eſt, §. *ſi eadem res inſt. de leg. l. ſi ex pluribus* 9. *de ſuis & legit. hered. d.l.* 3. *cum* 2. *ll. ſeq. de bon poſſeſſio.* Nec obſtant, *d. l. hujuſmodi §. ſi Titio l. plane §. ſi conjunctim, l. ſi duobus de leg.* 1. *l.* 7. *de leg.* 2. quia ut ſupra dixi, hæ leges de legatis per damnationem accipiendæ ſunt, in quibus juri accreſcendi locus non erat, *Johannes Borcholten, ad §. ſi eadem res inſt. de legat.* Dixi conjuncto portionem deficientem accreſcere. Sed hoc ita demum verum eſt, ſi portionem ſuam adhuc poſſideat, in eum enim qui effectu & re ipſa portionem rei conjunctim relictæ legitime occupat, licet non judicio defuncti altera portio tranſit ut in heredem heredis, *l. hæc ſcriptura* 26. §. 1. *ff. de condit. & demonſt. l.* 9. *ff. de ſuis & leg. hered. l. unica §. his ita C. de cad. toll.* cui conſequenter ſi filius familias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

teſtamento heres inſtitutus ſit, & juſſu patris portionem ſuam adierit, quia patri quæſita eſt per filium, ceteris filii coheredibus poſtea deficientibus eorum portiones patri accreſcent, quia & hic per filium extiterit pro parte heres, *l.* 33. *§. ult. ff. de uſufructu.* unde etiam ſi heres rogatus ſemiſſem ex quo inſtitutus eſt, Titio reſtituerit & poſtea defecerit portio coheredis, Titio fidei commiſſario qui jam portionem habet accreſcet, quod Cujacius *lib.* 12. *obſ.* 12. cum hac diſtinctione admittit, ut ſi heres ſponte adiit & reſtituit, portio coheredis poſtea deficiens ipſi accreſcat, non fideicommiſſario: ſi vero coactus adiit & reſtituit non ipſi ſed fideicommiſſario acquiratur, *l. Papinianus* 43. *ff. ad S.C. Trebellian.* ſed ni fallor quamvis in *d. l.* 43. Papinianus tractaverit de herede, qui coactus adiit, idem tamen d-

eo qui ſponte adiit ſtatuendum eſt, quia fideicommiſſarius heredis loco eſt, in eum hereditariæ actiones majori ex parte tranſeunt, *l. Poſtulante 44. in fine, ff. ad S.C. Trebellianum §. ſed quia inſtit. de fideic. hered.* ergo & jus accreſcendi, deinde portio portioni ut alluvio fundo accedit, fideicommiſſario igitur qui majorem portionem hereditatis habet, altera portio deficiens accreſcet, aut ſaltem utrique pro rata portionis: hinc quoque in emptorem hereditatis jus accreſcendi tranſire, reclamantibus licet multis concludo: hereditas enim eſt jus univerſum, *l. heritas, ff. do R. I.* Ergo hereditate vendita jus omne venditum creditur, quod penes heredem fuiſſet ſi ea vendita non eſſet, *l. 2. de heredit. vel actione vendita.* ergo & jus accreſcendi: deinde portio hereditatis portioni inſtar alluvionis accre-

ſcendi: deinde portio hereditatis portioni inſtar alluvionis accreſcit, ergo portio deficiens portioni quam habet emptor accreſcet, propterea quoque heredi qui tacite partem rogatus eſt reſtituere nihil accreſcit, quia rem non videtur habere, *l. ſi totam eam partem* 83. *ff. de acq. vel omitt. hereditate*. diſſentit Cujacius, *lib.* 12. *obſervat.* 13. his fere rationibus motus, primo qui ſemel eſt heres nunquam deſinit eſſe heres, *l.* 8. *§. ſed quod. de minor. l.* 2. *C. de Pactis*. reſpondeo nudum nomen ſinere & effectu ullius commodi penes ipſum remanere, ut nec à prætore heredis loco habeatur, *l.* 6. *§. ſi filius* 2. *de bonis libertorum*, 2. objicit, qui hereditatem vendidit ſemper poſſidere intelligitur. R. videtur poſſidere ut lex ait, ſcilicet ut legata præſtare teneatur, 3. obſtat, cui nihil dari voluit teſtator, ei etjam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

jam nihil dandum eſt. R. teſtator ei voluit competere jus accreſcendi qui ejus hereditatem habiturus eſt, quam nunc emptor habet: venditor autem ſe eo jure indignum præſtitit qua quantum in ipſo eſt defuncti voluntatem repudiavit, *l. 4. l. ſi ita 27. l. qui ſuſpectam, ff. ad Trebellianum.* ſed & non ex ſola teſtatoris voluntate, ſed & juris authoritate jus accreſcendi defertur, *d. l. 33. §. ult. ff. de uſufructu & quem.* 4. obſtat quod creditoribus hereditariis venditor reſpondere teneatur; Reſp. adverſus emptorem regreſſum ei reſervari. 5. objicitur, quod in contractibus jus accreſcendi ceſſat, verum emptor non ex contractu, ſed ex ultima defuncti voluntate rem habet. 6. obſtat, qui pretium habet ipſam rem habere videtur. Reſpondeo id procedere quando quid ita ſubrogatur, ut prorſus prioris vicem ſuſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

neat, quod hac in ſpecie dici non poteſt, *d. l. 33. §. finali.* ultimo objicitur jus accreſcendi tantum inter conjunctos locum habet, atqui emptor non eſt conjunctus: verum ſufficit ab initio conjunctionem interceſſiſſe & ab altero ex conjunctis jus habere. *d. l. 26. §. 1. de condit. & demonſtratio.*

Tertio excutiendum ſeſe offert an portio deficiens ipſo jure ignoranti & invito accreſcat? & quidem coheredi ipſo jure invito & ignoranti accreſcit, *l. ſi quis heres 35. l. qui ex duabus 35. §. 1. ff. de acq. hered.* adeo ut nova aditione non ſit opus; *d. l. ſi ex ea parte 76.* unde ſi filius familias vel ſervus alienus ex parte inſtitutus & coheredi ſubſtitutus adeundo juſſu patris vel domini ex inſtitutione ſua patri vel domino hereditatem acquiſierit, ac deinde emancipa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

to eo vel manumiſſo conditio ſubſtitutionis extiterit, licet ex ea cauſa filius vel ſervus rurſus hereditatem adierit, hæc tamen eis aditio non proficit, ſed patri vel domino etiam ex hac cauſa acquiritur hereditas quia accreſcit portio portioni potius quam obveniat jure ſubſtitutionis, *l. penult. de injuſto rupto & irrito facto*: licet alias ſubſtitutione non utatur invitus & ſine aditione nova, *l. Teſtamento 6. C. de impub.* & in ſumma ſubſtitutio quæ eſt appendix præcedentis inſtitutionis, id eſt, quæ etiam omiſſa obveniret jure accreſcendi, per omnia jus accreſcendi imitatur & fit à teſtatoribus ne quis ſuperfluam dicat hac ſola ratione ut excludantur leges caducariæ ſub nomine ſubſtitutionis introducto jure accreſcendi ſed videtur cum, *l. ſi* 35. §. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

in ea ſpecie quæ propoſita eſt pugnare, *l. ſi ſolus* 80, *§. item ſi ſervus ff. de acq. vel omitt. hered.* quæ ſervo inſtituto ex parte ſub conditione & adeunte juſſu domini ex pura inſtitutione ait poſt manumiſſionem ejus exiſtente conditione ſervo non domino acquiri portionem ex inſtitutione conditionali. At neceſſe eſt diſtinguere ſubſtitutionem qua coheres coheredi ſubſtituitur, ab inſtitutione conditionali; qua ex parte relinquitur hereditas eidem, cui alia etiam pars hereditatis adſcripta eſt pure, dato ſcilicet coherede ut proponitur, *d.l.* 80. nam ſubſtitutio appēdicula eſt inſtitutionis & accretio potius quam ſubſtitutio eſt: ac proinde merito ſequitur eum cui ex inſtitutione prior pars acquiſita eſt; inſtitutio autem conditionalis dato ſcilicet coherede non eſt appendix inſtitutionis puræ, nec enim ei cui

pars

pars relicta eſt pure etiam pars alia obveniret ſoli. qua de cauſa & nova aditione eſt opus, & ita iiſdem verbis ſcribit Cujacius, *lib.* 12. *obſervat. cap.* 14. idem ad *l. ſi poſthumus*, 14. *§. nam & cum ff. de liberis & poſthum.*

Illud quoque quæſtionis eſt quo jure pupilli coheres eidemque pupillariter ſubſtitutus, pupillo poſt aditam patris hereditatem intra pubertatem defuncto, ad bona ejus vocetur? & ſane cum poſt aditam à pupillo patris hereditatem jus accreſcendi evanuerit, non videtur jure accreſcendi, ſed ſubſtitutionis pupilli hereditatem capere: rurſus cum invito accreſcat, non ſubſtitutionis pupillaris, ſed juris accreſcendi vi accedere videtur; ſed quia filius impubes ea conditione inſtitutus creditur, *ſi adierit & intra pupillarem ætatem non deceſſerit*, eo ante

pubertatem defuncto, conditionem inſtitutionis defeciſſe, & ad coheredem jure accreſcendi delatam hereditatem quidam dicebant *l. qui patri 59. ff. de acq. hered.* quæ cum non ſine ſcrupulo dicerentur, nam cur hereditas paterna pupillarem ad ſe trahat? aut cur invitus externæ hereditati alliger? cum ex Iuris Civilis regula qui patri heres eſt voluntarius idem filio impuberi neceſſarius heres non ſit, *l. 2. §. primo l. ſed in plures 10. §. 1. ff. de vulg. & pup.* hæc ambigua dirimens Juſtinianus ſanxit coheredi eidemque ſubſtituto impuberis hereditatem etiam invito accreſcere, *l. quidam elogio 20. C. de jure deliberandi.*

Quod autem dicitur ei qui portionem agnovit, invito portionem deficientem accreſcere, ex duobus juris principiis profluxit; quorum primum eſt qui aliquam here-

dita-

ditatis partem acquiſiit eam amplius repudiare non poteſt, *l.* 4. *C. de repud. hered.* alterum eſt neminem ejuſdem hereditatis partem habere, partem repudiare poſſe, *l.* 1. 2. 80. *ff. de acq. hered.* quibus conſequens eſt portionem habenti; alteram deficientem etiam invito accreſcere: humanitatis tamẽ intuitu ne heres inopinato caſu depreſſus gravi ære alieno obruatur, quibuſdam ex cauſis abſtinẽdi portione deficiente facultatem habet, ut ſi forſitan neceſſarius heres patris hereditate ſe abſtinet, *l. neceſſariis, l. pro herede §. Papinianus ff. de acq. vel omitt. heredit.* conditio coheredi ſive ſuo ſive extraneo defertur, ut aut totam hereditatem agnoſcat; aut à tota recedat & ita poteſt abſtinere propter alium qui per ſe non poterat, *d. l. cum hereditate* 55. *ff. de acq. vel omitt. hered.* & ſecundum hanc legem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

placito Senatus Pariſienſis Iudicatum fuiſſe refert Annæus Robertus, *lib.*4. *rerum judicatarum cap.* 5.quod ſi duo ſint neceſſarii heredes quorum alter poſteaquam prior abſtinuit, ſeſe immiſcuit, hic non poteſt recuſare quo minus onera hereditaria ſubeat: qui enim ſcit aut ſcire potuit, illo abſtinente, ſe oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur. *l. ſi duo* 38. *ff. de acq. hereditate. Ecloga lib.* 35.*tit.* 13. *cap.*30. præterea ſi minor 25. annis poſteaquam ex parte heres extitit teſtitutionem in integrum impetravit, ex conſtitutione D. Severi ejus partis onus coheres ſuſcipere non cogitur, ſed bonorum poſſeſſio creditoribus datur, *l. ſi minor.* 61. *ff. de acq. hereditate*. ſed & ſi pars acquiſita heredi auferatur quia non paruit voluntati teſtatoris, pars ea deficiens coheredi, ſed volenti accreſcet,

nova

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nova Iuſtiniani conſtitutione, *de hered. & falcidia §. ſi quis autem non implevit.* Quæ de herede dicta ſunt eadem circa bonorum poſſeſſores & fideicommiſſarios Trebellianos obtinent: nam & his invitis accreſcit, & una aditio ſufficit, *l. 2. §. ſi duo ff. de bon poſ. ſecund. tab. l. ſed cum patrono 6. ff. de bon. poſſeſſio. l. Papinianus 43. ff. ad Trebellianum.* ſi tamen pupillus parenti heres extitit & fideicommiſſam hereditatis partem reſtituit, mox abſtineat, optio fideicommiſſario defertur, ut aut portionem quoque pupilli agnoſcat, aut toto diſcedat, *l. ſi pupillus. propenult. ff. ad Trebellianum.* ſed an & idem circa legatarios ſtatuendum ut eis invitis accreſcat & nova agnitione non ſit opus, quæritur: & ſane cum nemo poſſit rem ſibi legatam ſcindere partemve ejus agnoſcere, partem repudiare, *l. 38. de l. 1.*

l. 4.

l.4. l. ſi cui res 60. *de leg.* 2. videbatur idem in legato dicendum: diſtinctio nihilominus hæc adhibetur ut re tantum ſed & re & verbis conjunctis invitis accreſcat, aut ut verius nihil decreſcat, *d.l.Vnica §. ubi autem C.de cad.toll.* verbis vero conjunctis volentibus tantum accreſcat, *d. l.Vnica §.* 11. *C.de cad.toll.*

Quarto quæritur an pars deficiens cum onere ſuo accreſcat? in quo ita ſtatuendum portionem deficientem heredibus cum ſuo onere accreſcere, *l. civitatibus* 121. *§. Lucius Tit. de leg.* 1. ſive teſtamento ſive ab inteſtato venientibus: nam poſt reſcriptum D.Severi, & Antonini quo fideicommiſſa ab inſtitutis relicta à ſubſtitutis debentur, *l.*77.*§.*15.*l.*83. *de leg.* 2. heredes legitimi quaſi ſubſtituti cum ſuo onere conſequuntur portionem accreſcentem, *l. ſi Titio* 61. *§. Iulianus. de leg.*2.

l.cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

l. cum pater 76. §. 7. *de legat.* 2. nec obſtat, *l.* 1. §. *ult. de leg.* 3. quia ea lex non loquitur de portione hereditatis aut legati quæ deficit, ſed de hereditate quæ repudiatur, deinde non loquitur de ſubſtituto vel conjuncto vel herede ſcripto vel legatario, ſed de legitimo herede qui venit ex ſucceſſorio edicto, ſuo jure non ex judicio defuncti & ideo non agnoſcit onera ſeu fideicommiſſa quę defunctus impoſuit proximiori agnato, quæ eſt etiam ratio. *l. qui gradu & duarum ll. ſeq. ff. de jure codicillorum*, & ita ut ait *d. l.* 1. §. *ult.* hoc conſtituit Antoninus Imperator, idem ſcilicet qui voluit onera ſequi ſubſtitutum & conjunctum quia ij veniunt ex judicio defuncti, *d. l. licet de leg.* 1. *l.* 4. *C. ad Trebellian.* quin immo ideo non obſtat *hic* §. *ult.* quia in ejus ſpecie à proximori

agnato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

agnato nominatim fideicommiſſum relictum erat qui cum ante teſtatorem deceſſerit, fideicommiſſum ab eo relictum poſterioris gradus agnatus præſtare non tenetur eo videlicet jure quod ante conſtitutionem D. Severi obtinuit ſecundum quod jus hic *§. ult.* accipiendus eſt. obſtat *l. pater* 29. *§. ult. de leg.* 2. qui ait filium heredem inſritutum cui pars coheredis à quo nominatim legatum relictum eſt non obſtringi ad præſtandum legatum, ſed hic §. ſicut §. ultim, *l.* 1. *de leg.* 3. emendatus eſt conſtitutione D. Severi & Antonini, *d. l. licet Imperator de leg.* 1. *ſed & l. unica C. de cad. tollend. §. in his itaque*: Quod ad legatarios attinet, aliud ſervatur in re tantum, & re & verbis conjunctis, aliud in verbali conjunctione; nexis illis enim ſine onere, his vero cum onere accreſcit, *d. l. Unica §. ubi*

autem

utem *C. de cad. toll.* cur id varie? ra-
tio in promptu eſt cum verbis con-
juncti ab initio partes habeant, eve-
nit ut deficiente uno ejus pars ſic al-
teri deferatur ut non ex ſua ſed ex
deficientis perſona contingat, quod
ſi ex deficientis perſona par eſt ut
ejus jure utatur, *l. qui in jus ff. de
R. I.* & omne commodum & in-
commodum quod ille habiturus eſ-
ſet ſubeat, ſi quidem h. e. eodem
jure uti cum in commoda & in da-
mna ſeu onera ſucceditur, *§. ult. inſt.
de locato & conducto.* contra quia re
tantum conjuncti, & re & verbis ſi-
mul nexi ſolidum ab initio habent
fit non concurrente ſocio ut nihil al-
teri accreſcat, nec tam augeatur le-
gatum quam de eo nihil diminuatur;
& cum à deficiente nullum commo-
dum accipiat non eſt æquum ut ex
ejus perſona aliquod onus ſentiat,
dum enim ſolidum capit ſuum lega-
tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tum capit, non alienum, ſuo autem non impoſitum fuit onus ſed alieno, *l. unica §. ſi vero nemo C. de cad. tollend.* obſtat *l. ſi quis 54. §. ult. de condit. & demonſtrat.* qui ait re duobus ſub ea conditione relicta, *ſi heredi centum dediſſent*, alteri qui portionem agnovit & quinquaginta præſtitit alterius deficientis portionem cum ſua conditione adcreſcere: ſed hic §. nova Juſtiniani conſtitutione abrogatus eſt, *d. l. unica. C. de cad. tollend. §. ſi vero nemo.* ſic cum duæ leges contrariæ ſunt ſemper antiquæ abrogat nova inquit Livius. quin immo dico conditionem dandorum decẽ utrique conjunctim impoſitam, utrumque in ſolidum tenere, nec ſcindi poſſe altero non concurrente ne contra teſtatoris voluntatem quid fiat, qui non aliter eos ad legatum pervenire voluit quã ſi centũ dediſſent, Diſtinctio autem

ſupe-

ſuperius tradita non pertinet ad ea legata quæ pro non ſcriptis habentur veluti quæ jam mortuo, aut deportato in inſulā relinquuntur, quia hæc ſine onere accreſcunt. Nam etſi Titio, & Sejo qui jam deceſſit ex æquis partibus legatum ſit, idque cum onere dandorum à Sejo decem, placet tamen partem quæ Seji futura eſſet ſi nondum rebus humanis exemptus eſſet, Titio ſine ullo onere accreſcere, quia non poſſit dici capi ex perſona Seji in cujus perſona nunquam conſtitit: & cum principale relictum pro non ſcripto ſit, conſequens eſt ut & onus legati vel fideicommiſſi ei injunctum pro non ſcripto ſit tanquam à nemine relictum, *d. l. unica §. in primo itaque ordine C. de cad. tollendis.* duo tamen excipiuntur caſus quibus legata apud legatarios reſident cum onere, unus, *ex l. cum vero §. ſi pro non*

ſcripto

ſcripto ff. de fideic. libert. legatarius rogatus eſt ſervum manumittere, lagatum pro non ſcripto eſt, & remanet apud heredem cum onere tamen ejus ſervi redimendi & manumittẽdi: hoc nimirum favor libertatis exprimit. Alter caſus eſt, *in l. ult. ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur.* ut legatum quod quis ſibi adſcripſit pro non ſcripto ſit & apud heredem reſideat cum onere quod eſt nominatim cautum S.C. Liboniano quo Senatus cenſuit ut legata quæ ſibi teſtamentarii adſcribunt pro non ſcriptis ſint, *l. filius §. ult. ff. ad l. Corneliam de falſis.* non addas tertium caſum ex *l. civitatibus*, *§. 1. de leg. 1.* quia ibi non dicitur portionem Seji pro non ſcripta haberi, cum ei fuerit utiliter adſcripta ab initio, ſed Sejum quia repudiavit haberi pro non inſtituto, id eſt, perinde eſſe acſi Cajus fuiſſet ſolus heres inſtitu-

tutus: ſolus ergo præſtabit totum legatum quod etiam ita explicat, *l.* 16. §. 1. *de leg.* 1. Denique pars deficiens cum onere non accreſcit, ſi tale ſit onus injunctum quod ab alia perſona, quam ab ea cui onus impoſitum eſt impleri non poſſit, *d. l. unica* §. *ne autem C. de cad. tollen.* neque enim tam injuſti tamque imprudentes legum latores fuere ut neceſſitate perſtringant ea quæ præſtari non poſſunt.

Quinto quæritur pro qua parte portio deficiens accreſcat? reſpondeo unicuique pro portione hereditaris aut legati jam agnita acceſſuram, *l. liber homo* 59. §. *cum quis* 3. *ff. de hered. inſtit. l.* 66. *ff. eod. l.* 78. §. *pater* 4. *ff. ad Trebellianum d. l. unica* §. *in his itaque C. de cad. tollend.* obſtare videtur, *d. l. unicæ* §. *ſed ut manifeſtetur.* 8. ubi Iuſtinianus ait manere rem deficientem

apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

apud conjunctos pro virili, ergo inquiet aliquis, pro æquis partibus. R. ibi pro virili intelligendum pro proportione ſeu pro rata partis cuique relictæ. paulo aliter alii hæc verba interpretantur, ſi viriliter, id eſt, æqualiter ſint honorati ſecus pro portionibus quas habent in hereditate vel legato, ſic quoque virilem partem pro parte cujuſque viri etiam ſi inequalis ſit intelligendam monent D.D. *in d. l. virilis* 145. *ff. de V. S.* hæc autem portio non alia actione petetur quam prius quæſita vindicata eſt aut peti ſeu vindicari potuit, acceſſio enim & pars naturam ſequitur principalis & eodem jure cenſetur, *l. quæ de tota ff. de rei vindicat, l. inter ſocerum* 26. §. *cum ita ff. de pactis dotalibus*, quod vero acquiritur heredi id partem hereditatis augere & pro hereditaria portione accreſcere dicitur, *l. ſi in teſta-*

mento

mento 8. *ff. de vulgari, l. liber homo* 59. *§.* 1. *ff. de hered. inſtit. l.* 12. *de leg.* 1. ergo & actione ſeu petitione hereditatis vindicabitur.

Nunc ultimo exquirendum ſupereſt, quinam inter diverſimode conjunctos alii aliis præferantur, quæ implicita quæſtio in diverſas juris interpretes traxit ſententias: id tantum apud omnes pro comperto eſt, una eademque conjunctione nexis, cuique pro rata partis agnitæ portionem deficientem accreſcere, & nomine collectivo invitatos unius perſonæ vice fungi, *l. ſi quis Attio* 7. *ff. de uſufr. accreſcendo*, niſi contraria teſtatoris voluntas appareat, quæ ſemper ſacro-ſancta & legis inſtar habetur, *l. interdum* 13. *de hered. inſtit.* ſi vero triplici conjunctione nexi concurrant placet re & verbis conjunctum in portione re &

verbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

bis conjuncti omnimodo, i. e. ſine ulla diſtinctione ſine ulla controverſia præferri cæteris, quibus eadem res aut ejuſdem relictæ ſunt: quia præcipua & ſumma hæc conjunctio eſt, *l. re conjuncti* 83. *de leg.* 3. at verbis conjunctum in portione verbis conjuncti cæteris potiorem haberi, re vero conjuncti deficientem portionem cæteris omnibus conjunctis accreſcere, *d. l. re conjuncti*, in his verbis, *quod ſi re conjunctus ſit conſtat non eſſe potiorem*, ſed id clarius exemplo ſequenti eluceſcet quo triplici conjunctione nexi ad eandem rem vocantur, *primo & ſecundo fundum do lego: Tertio fundum do lego; quarto fundum do lego, quinto & ſexto eundem fundum ex æquis partibus do lego*, ſi omnes concurrant, ſi omnes amplectantur legatum, fient quatuor partes fundi, quia conjuncti unius perſonæ pote-
ſtate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſtate funguntur, *l. plane in prin. de leg. 1. l. unica §. hoc ita tam varie C. de cad. tollend.* ſicut plures conditiones conjunctim datæ unius loco habentur, *l. 5. de condit. inſtitut.* ergo in hac ſpecie primus & ſecundus pro uno habentur, & rurſus quintus & ſextus pro uno habentur. Deficiente autem primo proculdubio accreſcet ſoli ſecundo, quia ut dixit re & verbis conjunctus præfertur cæteris omnibus, deficiente autem tertio quartus non erit potior in portione tertii quæ deficit, ſed portio ejus accreſcet omnibus pro rata, quia omnes tertio re ſunt conjuncti, re enim conjunctus dicitur non tantum qui in toto ſed & qui in parte conjunctus eſt, *l. 3. §. non ſolum ff. de uſufr. accreſ. l. 3. §. penult. ff. quibus mod. uſusfr. amittitur.* at deficiente quinto lex *re conjuncti*, ait, *quæſtionis eſſe*, an ſextus potior ſit qui eſt conjun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ctus verbis tantum, & ait quæſtionis eſſe propter ambiguum voluntatis defuncti teſtatoris, quoniam incertum eſt utrum teſtator dum brevitati ſtudet ita dixerit, *quinto & ſexto illum fundum æquis partibus do lego*, an conſulto conſilio illos ita conjunxerit & in dubio, *Magis eſſe*, ait, *ut & ipſe præferatur*, id eſt, ut non tantum re & verbis conjunctus præferatur cæteris omnibus ſed etjam ut verbis tantum conjunctus eadem prærogativa nitatur qua re & verbis conjunctus, quaſi teſtator videatur non fruſtra eos conjunxiſſe, neque brevitati ſtuduiſſe in dubio, *ut l. 66. ff. de her. inſtit.* ſed data opera eos conjunxiſſe ut eodem jure eſſent invicem quo re & verbis conjuncti ſunt, denique ex ſententia defuncti ut habeantur pro re & verbis conjunctis, *Cujacius 24. obſervat. 34.* diſſentiunt Forcatulus, Foſterus, Goe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Goedæus, & alii multi qui re conjunctos æquo ac verbis conjunctos jure niti cenſent per *l.* 66. *ff. de hered. inſtit.& l. Mævio* 41. *de leg.*2. verum quod ad l. 66. attinet in hac lege IC. Pomponius ex cognita teſtatoris voluntate reſpondit Cajum & Sejum non eſſe verbis conjunctos, & ſubdit rationem quia teſtator non tam eos conjunxiſſe quam celerius dixiſſe videtur, quod niſi de teſtatoris voluntate quæ legis inſtar eſt conſtitiſſet aliter ſtatuiſſet Pomponius, at in *l. Mævio.* 41. *de leg.*2. ideo pars Seji deficientis Titio etjam accreſcit non ſoli Mævio, quia teſtatori in hac formula *Mævio fundi partem dimidiam, Sejo partam dimidiamdo lego, eundem fundum Titio lego*, ambiguum reliquerit utrum eandem dimidiam an vero aliamlegaverit Sejo, & in dubio omnes re conjuncti cenſentur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ac veriſimile eſt duos ſemiſſes factos, & Mævium cum Sejo in eundem Semiſſem vocatum ait Egvinarius Baro. *in* §. *ſi eadem res. inſt. de legat.* Cujacius vero 24. *obſervatio.* 35. ait in ſpecie *l. Mævio*, Mævium & Sejum verbis conjunctos non eſſe, ſed re & ideo deficiente Sejo partem ejus non ſoli Mævio, ſed & Titio accreſcere, quia verborum conjunctio & nominum conjunctio eſt, *l. Triplici de V. S.* nomina Mævii & Seji ea oratione non conjunguntur: non ſunt igitur conjuncti, ſed ſeparati penitus ut lex ait, *partes fuiſſe ſeparatim legatas*, id eſt, ſeparata oratione, nam illa oratione Mævio fundi partem dimidiam, ſubauditur, *do lego*, per ζεῦγμα κατ' ἔκλειψιν: & perinde eſt ac ſi dixiſſet, *Mævio fundi illius partem dimidiam do lego, Sejo ejuſdem fundi partem dimidiam do lego, Titio eundem fundum do lego*

ſunt

ſunt igitur omnes re conjuncti, nam & qui in partem conjunctus eſt re conjunctus eſt, & ideo portio Seji quæ deficit accreſcit Sejo & Mævio pro rata ita ut Titius in eo fundo habeat duas partes, Mævius unam, quia quemadmodum in legato Titius habet altero tanto plus quam Mævius, ita in portione Seji quæ accreſcit eadem ratio ſervanda eſt, nam ſi omnes concurrerent Titio daretur dimidia pars fundi, altera dimidia divideretur inter Mævium, & Sejum, ſunt enim re cōjuncti propter Titium qui non eſſent non adjecto Titio; hac autem ſpecie retenta deficiente Sejo & Titio, Mævio qui ſolus ſupereſt ſolidum legatum ut conjuncto accreſcet. Corollarii vice hic ſubjicio teſtatorem inter heredes jus accreſcendi prohibere non poſſe, quoniam jus noſtrum non patitur eundem in Paganis te-

ſtatum & inſtatum decedere, *l. jus noſtrum ff. de R. I.* ac nemo facere poteſt ne leges in ſuo teſtamento locum habeant, *l. nemo* 55. *de leg.* 1. potentius eſt (inquit Fabius) quod in albo lego quam quod in teſtamento, *diſſentit Gomeſius lib.* 1. *reſolutio cap.* 10. Finis Iuris accreſcendi eſt ut morientium voluntates integræ illibatæque conſerventur, & ne hereditates defunctorum pro parte agnitæ pro parte repudiatæ jaceant. Effectus eſt portionis acquiſitio una cum oneris ei annexi plerumque translatione. Contraria ſunt aditio hereditatis, agnitio legati & ſubſtitutio, quæ & diverſo reſpectu ei affinis, & cognata dici meretur, *l. ſi Titio §. Iulianus de leg.* 2. cum hanc expreſſa illud tacita tecita teſtatoris voluntas inducat. Et ex his quæ divino annuente numine abſoluimus conſtat jus accreſ-

creſcendi eſſe jus quo res inſolidum aut pro partibus indiviſis pluribus relicta, aliquo eorum in agnoſcenda parte ceſſante aliis qui jam partem ſuam agnoverunt tota vel ex parte cedit & acquiritur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ALBERICVS GENTILIS S. D. HUG. DONELLO, IC. Cl.

AVt vinci pudorem à neceſſitate oportet; aut is homo ridiculus eſt, qui vim verecundiæ minus facere poteſt. Cur enim ita non exordiar? Vt neſcio quis in hunc uſque diem, pudor me, Clariſ. Donelle, tenuit, quo minus quod cupiebã tandiu maxime, literas aliquas ad te darem, captande ſcilicet amicitiæ tuæ gratia; ita nunc pudorem frangit penitus (nec me invito) difficultas quædam, qua irretitus ſic teneor, ut omnino ſit mihi neceſſe aut tuum auxilium implorare, aut inepte vel in ignorantiæ tenebris jacere, vel miris torqueri modis, dum multos dies nequaquam contendo, ſi ipſe me ab ea moleſtia liberare poſſim. Ac quidem, ne te multis morer, id eſt, quod me nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſollicitum habet. Nulla mihi verior jam annos quatuordecim in jure verſanti viſa eſt ſententia ex iis, quæ à noſtratibus controvertuntur, quam receptior illa, ut verbis conjunctus re conjuncto præferatur, nimis enim videtur in eam rem aperta, l. re conjuncti. *& nimis hujus legis verba contaminantur ab iis, quiqui ſint, qui Johannis, & antiquiorum opinionem ſequuntur: de quibus apud te dicere opus non eſt & à Jaſone, aliisque abunde ſunt confutati. Sed & Bartol. & qui etiamnum à partibus ejus gloſſatoris manent, vel invitis hominis ſententiam tenendam ajunt, pares hoſce conjunctos facientis: idque adeo propter unam* l. Mævio ff. de leg. 2. *Quid tu Donelle eruditiſſime? Ego à Paulo rem iſtam, & ex profeſſo, & plenius in* d. l. re conjuncti. *tractante, ne latum quidem unguem diſcedere ob Iavolenum poſſum. Et (ut tibi, qui ſim, fatear) in ea ſum opinione conſtitutus,*

nullas

nullas eſſe in jure noſtro antinomias. Quid ergo? ſatisfactum cuperem Iavoleno, ac Pauli ſimul illam decisionem manere, qua verbis conjunctum facit altero ſuperiorem. Huic deſiderio meo nullus ex tanto interpretum numero, quos vidi, nec tantillum præſtat. & adii, opinior, omnes quorum ſuppeditat copiam Anglia, facto ab gloſſariis ipſis initio uſque ad Ioh. ſed & Alciatum præterea, & qui te Doctoratus inſignibus ornavit, Duarenum. Nam quid facilius, quam omnium dictata, commentave juſtis quidem argumentis refutare? Age, obſecro te, vir humaniſſime, poſtquam libri te tui, multorum ſermones, Scipionis fratris mei, auditoris tui literæ IC. eximium clamant, & eximia præditum humanitate conteſtantur, age, exime me ex iſta ſalebra. Quod nullũ ego non tenentẽ modum, quo me inde expediam id ſane aut contrarium facit, aut juvat omnino nihil.

 Suſpi-

Suſpicabar, falſas illas eſſe interpretum traditiones, quibus docemur conjunctos verbis hos dici, qui verbo uno ſint in oratione copulati: & arbitrabar potius eos eſſe, qui non tantum verbo uno, ſed eadem oratione vocati ſic eſſent ut ſi eorum aliquis ſubmoveretur verba inepta relinquerentur, & oratio tota vitioſa. collegi eam definitionem ab exemplo poſito in ipſa l. re conjuncti. *ex quo ſi alterum nominatorum amoveo, inſulſam hanc relinquo orationem,* Titio Fundum Æquis Partibus Lego. *Confirmabar in ea deliberatione, quoniam verbis, non verbo conjunctos viderim hos appellari. Adcedebat, quòd re conjunctorum Paulus definitionem tradiderit: verbis autem conjunctorum exemplum poſuerit ſolum: ut ſignificare voluiſſe viſus ſit mihi, exemplum illud definitionem alterius conjunctionis referre poſſe. His ita quaſi*

con-

conſtitutis, verbis conjunctionem in l. Mævio. *eſſe jam jam negare incipiebam: quia ſive Sejum ſive Mævium tollerem ex ea oratione, aptiſſima nihilominus maneret oratio atque ſententia; incipiebam credere, Mævium & Sejum re eſſe conjunctos: etenim & aliquam adeſſe conjunctionem oporteat, ubi de jure agitur adcreſcendi; & ſeparatim honorati ſolent dici (quod ibi fit) qui iſta conjunctione ſociantur. Ita tum totam poteram bellè componere: cum ecce contrà irruere iſta video. quomodo re conjuncti ſunt illi, quibus non eadem pars, ſed altera, atque altera, ſive ſingulis dimidia, legata eſt? ſi habent ab initio partes, non eas ſibi converſa faciunt? Et ſi iſti ſunt, ibi re conjuncti, quidni multo magis illi, quibus res eadem æquis partibus data eſt? Hæreo: adhuc tamen me commovebam. Rem eandem datam utrique*

volui

voluì, quia Mævii pars ſic in parte fuerit Seii, & contra; ut nec ille, nec iſte poſſit vel unam glebam vel atomum ſibi propriam in eo fundo adſerere, confuſa penitus unius in alterius portione: quod & ratio dictat, & Bart. ſcribit in §. duobus eod. cap. Advocabam huc Q. Mutii opinionem dicentis, appellatione partis rem pro indiviſo ſignificari: atque ita pro indiviſo fundum illis legatum credebam; & ad partes has conſtituendas, quæ re conjunctionem impedirent, tam partium non nominationem non ſufficere in l. Mævio. quod figura tantum illæ partes eſsent non vi ac poteſtate, nec enim tertium firmum eſſe, plane in animum inducere potui: nam qui re pro indiviſo relicta, ſi verba deinde illa adjiciat, ÆQVIS PATRIBUS, is videtur omnino voluiſse rem indiviſam dividere ex altera Servii opinione. quid enim aliud voluiſse poteſt. Addebam, quod ſi

re

re conjunctionem iſto caſu etiam admiſiſſent auctores, nulla ſupereſſet in toto jure verbis conjunctio; ſed mixta altera eßet altera realis, & illud quidem demixta inerudite diceretur, ſi non daremus ſeparatam alteram & ſimplicem ſpeciem conjunctionis, id eſt, verbis. Poſtremò ſic ratiocinabar. Re conjunctio perit admixta expreſſa verbis conjunctione; quia illa ſanè fuerit infirmior, utpote quam per argumenta elici neceſſe ſit & conjecturas. nam quid idem Titio, & idem Seio debeatur, non aliter quidem cognoſcimus, niſi quoniam partes nullas poſſumus conſiderare vel invenire, quæ non ſint utriuſque pariter communes, quid mirum itaque, ſi ſimul manente expreſſa verbis conjunctione, nullius eſt altera conſiderationis aut momenti? Admixta pereunt ſatis multa quæ ſola manere potuiſſent. Et ita pereat igitur re con-

jun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

junctio admixta Verbis conjunctioni in exemplo. l.re conjuncti. *& maneat, quæ ſola ſtat in ſpecie* l. Mævio. *Abſolvi autem ineptias meas, nam quo alio hæc nomine appellem, quæ nec placere poſſunt auctori ſuo? ſed cauſſam antea veriſſimam expoſui cur voluerim & iſta adſcribere, ut plane me in hac quæſtione hærere intelligeres, tuamque opem atque explicationem magis elicerem. Quod te facturum, pro ſingulari illa tua doctrina atque humanitate, certo confido, ex eo quidem tantus amori & obſervantiæ in te meæ cumulus accedet, quantus maximus eſſe poteſt, quod ſiquid viciſſim hic in Anglia tua cauſſa poſſum, enixe abs te peto, ut velis tantum, quid valeam, ſignificare: hoc ſatis fuiſſe, re ipſa cognoſces. Vale.*

Oxonii. v. *Id. Febr.*

D.M.LXXXIII.

HVGO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

HUGO DONELLUS
ALBERICO GENTILI
IC. Doctiſs.

S. D.

QVæcunque tibi occaſio eſſe potuit ad me ſcribendi, Alberice Gentilis doctiſſime, non potuerunt literæ tuæ, cum à te atque ab iſto animo eſſent, non eſſe gratiſſimæ. fuerunt certè tales apud me, non ſolùm

lùm quod viro docto, & ingenioſo, & quod ad commendationem præcipuè valer, brevitatis amante dignæ viſæ ſunt; ſed etiam quod teſtes eſſent benevolentiæ tuæ erga me: benevolentiæ tantò jucundioris, quantò nullis meritis meis provocata proclivior tàm procul in te extitiſſet. Quam quia tam amanter ſignificas, ſtudebo eam pari benevolentia & paribus ſtudiis tueri & augere. Quando autem per hunc à me petis, ut de quæſtione, quam propoſuiſti, ſententiam meam ad te perſcriberem, idque ut in quæſtione difficili, & quæ te angit, tam ardenter facis; non tam indignus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſim illa benevolentia, quàm nomine hominis, ſi paulò plus otii nactus hoc, quidquid eſt otii tibi denegarem. Optaſſem, coram de re tota licuiſſet inter nos conferre. Scio enim, cum quædam dixero, quæ mihi vera videantur, tibi homini erudito, & in rebus pernoſcendis, ut adparet, non oſcitanti, ſed cum cura & fide verſanti, multa occurrere poſſe, quæ ſcrupulum moveant, quæ cum eveniant inter abſentes, non poteſt his litera reſpondere. Veruntamen quando ita urges, & res tantopere ad voluntatem tuam pertinet, malui in eo reſponſo certitudinem, quam officium meum abs te requiri. Cognovi dili-

diligenter, non ſolum quid ſit, de quo me conſulis, ſed etiam quam non ſit de nihilo, cur in eo hæreas. De quo ut reſpondeam, principio ita tecum ſtatuo, quæ nobiscum omnibus doctis viris, & non omnino ineptis interpretibus communis fere ſententia eſt, nihil eſſe verius, quam verbis conjunctum in portione conjuncti deficiente, cæteris cum heredibus, tum legatariis, qui ad eamdem rem vocati ſunt, eſſe potiorem. Recte in ea ſententia cum ſe tibi habeant alia omnia, non eſt neceſſe apud te attingere, quæ tu non requiris. Verum reſponſum Iavoleni, quod contra vulgo citari ſolet, anxium te

haber,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

habet, *leg. Mævio. ff. de leg.* 2. in quo hoc dici vulgo putatur, verbis conjunctum in portione conjuncti deficiente nõ ſolum admitti, ſed una cum eo etiam eum, qui re tantum conjunctus eſt: ita etiam cæteris in ea portione non eſſe potiorem. Sic autem verba ſunt: Mævio fundi partem dimidiam, Sejo partem dimidiam lego, eundem fundum Titio lego. Si Sejus deceſſerit, pars ejus utrique adcreſcit: id eſt, non Mævio tantum, ſed etiam Titio, quem conſtat cum prioribus duobus non verbis, ſed re tantum conjunctum fuiſſe. Nos vero ne dubitemus nihil heî eſſe contrarium ſuperiori ſententiæ. Eſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſet aliquid, & quidem maxime, ſi Mævius & Sejus in ea ſpecie eſſent verbis conjuncti. Nunc autem non ſunt. Hoc quidem diſerto de his Iavolenus ſcribit. Ait enim in toto eo legato ſeparatim & partes fundi, & totum fundum legatum eſſe. Scimus autem, eos, quibus ſeparatim legatur eadem res, non ailos eſſe, quam quos dicimus re conjunctos, *l. re conjuncti ff. de leg.* 3. Sunt ergo iſti, ſententia ipſa Iavoleni, re conjuncti, non verbis: ut non ſit mirum cum Mævio, qui ex his unus eſt, etiam alios re conjunctos ad portionem deficientem admitti. Et tamen ut de eo ſtatui poſſit certius, intelli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

telligaturque nihil huc non recte̍ reſpondiſſe Iavolenum, aut parum aliorum veterum ſententiis de conjunctis & jure adcreſcendi convenienter, conſtituenda eſt nobis verbis conjunctorum definitio. Ea rem omnem facile expediet. Sciamus verbis conjunctos non eſſe eos , quos una oratio conjungit, ſeu quibus unâ oratione legatur aliquid, ſive fiat uno verbo communi, ſive pluribus; ſed quibus eadem oratione legatur res eadem, eaque ſemel & in commune ambobus, hoc tamen adjecto, ut dicat teſtator, Ex æquis partibus, ſive ut jubeat eos æquas inde partes habere. Ne legetur duobus res una,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

una, ſed ſingulis res diverſæ; quamvis eadem oratione id fiat: conſtat nullo modo eſſe conjunctos, eoque nec conjunctos verbis. ac de eo inter omnes convenit. veluti, Titio & Mævio ſingulos ſervos do, lego, aut, Titio Stichum, & Mævio Pamphilum do lego, *l. hujuſmodi*, §. 1. *ff. de leg.* 1. Non eſt ſatis eandem rem legatam eſſe duobus; ſed & ſemel & in commune his legatum eſſe oportet, ut fiant verbis conjuncti, ſive eos re & verbis, ſive verbis tantum conjunctos eſſe volemus. Itaque erunt iſti re & verbis conjuncti, ſi nullis expreſſis partibus teſtator ita leget, Sejo &

Mæ-

Mævio fundum Tuſculanum
do lego. Erunt iidem conjun-
cti tantum verbis, ut nunc con-
unctos vocamus, ſit teſtator
adjectis partibus ita dicat, Sejo
& Mævio fundum Tuſcula-
num ex æquis partibus do le-
go. Hoc ſentio in his qui ſunt
conjuncti verbis tantum, par-
tes quidem æquas ejuſdem rei
teſtatorem appellare debere,
quas dicat ſe tribuere ſingulis
iſtis: ſed nihil agere ad hanc
conjunctionem, niſi prius iſtis
ambobus ſimul & ſemel idem
fundus conjunctim legatus ſit
ſolidus, cujus deinde partes in-
ter ipſos exprimat. Meminc-
rimus enim illam ſententiam
Celſi eſſe veriſſimam, & ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

omnes conjunctos pertinere, toties jus adcreſcendi eſſe (non eſt autem niſi inter conjunctos) quoties in duobus, qui in ſolidum habuerunt, concurſu diviſus eſt, ſive ſit diviſus tacita ſententia teſtatoris, ſive teſtator poſteà hanc diviſionem injungeret, *l.3.in princip.ff.de uſufr.adcr.* Nec aliam ſignificationem habet, quod dicitur in §. *ſi eadem. Inſt.de legat.* Ius adcreſcendi eſſe, cum duobus res eadem, id eſt, res una ſolida legata eſt, ſive conjunctim id fiat, ſive disjunctim. Ex hac definitione de propoſita ſpecie judicetur. Teſtator ita legavit, Mævio fundi partem dimidiam, Sejo partem dimidiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

diam do lego. Ex ſuperiore definitione aut hi non ſunt omninò conjuncti; aut ſunt re tantum conjuncti, non verbis. Si teſtator duas dimidias intellexit, non ſunt iſti conjuncti omnino, quibus partes diviſæ, i. e. res alia atq; alia ſingulis, non eadem duobus legata eſt. Si eandem dimidiam: non poſſunt hi dici conjuncti, quorum ſingulis eadem res, i. e. eadem dimidia ſeparatim, non ſemel & ſimul, ambobus legata eſt, idque non appellatis ejus dimidiæ partibus. Et, rogo, quid intereſt, utrũ ita legetur; Mævio fundum Tuſculanum do lego, Sejo fundũ Tuſculanum do lego: an vero ita, Mævio fundum Tuſculanũ,
 Sejo

Sejo eundem fundum do logo? Nam & hic in Mævii legato neneſſario ſubaudiendum eſt verbum lego: quod utrum exprimatur, an intelligatur, ad ſententiam teſtatoris, & ſpeciem legati nihil intereſt, atqui tale eſt hoc legatum, Mævio fundi dimidiã, Sejo partem dimidiam lego, ſi modo eandem dimidiã hic intelligimus, & volumus iſtos inter ſe eſſe conjunctos, ſic igitur iſti inter ſe, ſunt conjuncti, verbis non ſunt, Hic jam ad illa tua venio, ex quibus te non explicas. Nam quomodo inquis re conjuncti ſunt illi, ſi non eadem pars, ſed altera atq; altera legata eſt? ſi habent ab initio partes, non eas ſibi concurſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſu faciunt? Recte quæris, & omnino tecum ſentio, ac ſuperioribus conſequens eſt, non futuros conjunctos, nec tales, inter quos ſit jus adcreſcendi, ſi his duæ dimidiæ legatæ ſint, id eſt, res diverſę ſingulis, non ambobus una & eadē dimidia, quod futurum eſſet, ſi hi tantum eſſent legatarii, nec præterea Titio fundus legatus. Non enim quia ſunt iſtæ indiviſæ & inter ſe confuſæ partes, eò minus ſunt diverſę, quarum una poteſt eſſe unius, & altera alterius, *l.* 5. *ff. de ſtip. ſeru.* Et ideo ſi quis duos tales ſolos proponat, quales dixi, putem deficiente Sejo ejus partem non ad collegatarium, ſed ad heredem pertine-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

re. aliter atque in duobus heredibus, quorum unus inſtitutus ſit ex dimidia parte, alter ex altera dimidia, *l. Iulian. in pr. &* §. 1. *ff. de her. inſt.* quoniam conditio hereditatis non paritur, ut ſi quis ſolus ſit ex teſtamento heres, ejuſdem hereditatis partem habere poſſit, alteram non habere, *l. un. §. in his itaque. C. de cad. toll.* Quod non item recipitur in legatis. In quo genere nihil prohibet fundi hereditarii partem dimidiam alicui legari, ut nihilominus altera dimidia maneat apud heredem. Quid ergo eſt? Ego te iſtis objectionibus uno verbo libero. Non eſt in propoſita ſpecie Mævio & Sejo altera atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

que altera dimidia pars legata, ſed una ambobus atque eadem dimidia. Ideo verè ſunt conjuncti, quibus eadem res legata eſt. & conjuncti re, quibus non conjunctim & ſemel eadem dimidia legata eſt, ſed ſeparatim ſingulis, puta Mævio dimidia, & ſeparatim atque iterum Sejo eadem dimidia, idque non expreſſis ejus dimidiæ partibus æquis, ut hoc quidem conſtet, ſi his una dimidia relicta eſt, quidvis potius eſſe, quam verbis conjunctos. Ex quo etiam ſequitur, ut non habeant iſti ab initio rei ſibi legatæ partes, quod metuebatur, ſed eas concurſu ſibi faciant. Tantum quæſtio huc redit, an

videa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

videatur iſtis legari eadem dimidia, cum appareat ſingulis legatam eſſe dimidiam, conſtet autem in omni toto duas eſſe diverſas dimidias. Et ſanè ſi ſoli eſſent iſti legatarii, negari non poſſet, Singulas dimidias ſingulis eſſe legatas, id eſt, duobus duas. Sed cum teſtator proponitur eumdem fundum totum legaſſe Titio, efficit hujus legati adjectio, ut prioribus duobus una intelligatur tantum dimidia legata eſſe, non duæ. Nam ſi duas his dederis, habebunt totum fundum, eoque nihil ad Titium pertinebit. Certum eſt autem Titio utiliter relictum. Neque verò hoc aliter fit, quam ſi prio-
ribus

ribus unam dimidiam datam interpretemur, quo Titius habeat ſaltem alteram dimidiam, prioribus igitur una dimidia data eſt, non duæ, id de quo quærebatur. congruit, *lex cum quæſtio. C. de legat.* Quo poſito, ſic legatum ſuperius accipietur, quaſi Mævius & Sejus ſint in unam dimidiam inter ſe re conjuncti; Titius autem cum his, & hi cum Titio ideo re conjuncti in eamdem dimidiam, quia cui totus fundus legatus eſt, ei utique & eadem dimidia legata eſt, cum verbo totius ambæ dimidiæ ſunt ei legatæ. Similiter ut in uſufr. conjunctos eſſe dicimus, quorum uni fundus,

alteri uſusfructus legatus eſt, *l. ſi alii ff. de uſufr. leg.* Nec nos moveat quod Iavolenus partes legatas eſſe dicat, non partem. Verbis enim duæ dimidiæ legatæ, quia duæ ſunt nominatæ & repetitæ in ſingulorum Mævii & Seji perſona; ac totidem futuræ erant, ſi in horum perſona teſtator conſtitiſſet. Re autem vera una tantum dimidia his legata, cum altera dimidia per totius fundi legatum data ſit Titio. Habes reſponſum noſtrum de propoſita quæſtione, quod cum totum ab animo amico profectum eſſe ſtatueris, ut eſt, nihil perſuaſi, te quidquid hic officii noſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

noſtri eſt, æqui bonique conſulturum. Vale. Lugduni Batav. v. April. ut in his locis nunc numeramus. M. D. LXXXIII.

Clariſſ. Viro,

ALBERICO GENTILI, IC.

Oxonium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Ampliſſimo, Prudentiſſimoque Viro,

D.D. IACOBO
BROVCHOVEN, I. C.

IN

Collegium DD. Ord. General. Confœderatarum Provinciarum Belgij Deputato; Cognato ſuo.

PAVLVS SVVANENBVRCH
D. D.

ANNI *ſunt triginta tres, vir Ampliſſime, quibus Parens meus P. M. in hac Academia Juris Civilis docendi provinciam ſuſtinuit. Quo toto tempore ita in eo munere verſatus eſt, ut confidam ſtudium & ingenium illius probatum eſſe æquitati omnium. Certe hoc unicum optavit ſemper, ut ſi quid ejus in Iuriſ-Prudentia labor induſtriaque poſſet, id Dei beneficio*

tempus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tempus dari, cum in ea excolenda aliquid in commune poſſet conferre. Quò cum nondum, aut per ætatem, aut uſum rerum & cognitionem perveniſſe arbitraretur, ſe continuit, neque unquam adduci potuit aliquid ejus, quod ad jus intelligendum pertineret in publicum emittere. Non quod putaret referre nihilne ab eo cujus vox ex publico auditur, an aliquid ederetur, ſed ſi quid quam recte, quamque utiliter. Non enim ſi quid chartis illinere poſſimus continuo id divulgari debet, ſed expectandum eſt dum illud qualecumque eſt, maturitatem ſit aſſecutum, cum & multa ætas aſſidua lectione uſuque obfirmata de ſuperiori ratione adimat, & illud quod præceſſit improbet, atque juvenile etiam & temerarium eſſe fateatur. Itaque ſtudium hoc ita ſibi inſtituit, ut Academicis parietibus delitesce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

liteſceret, officio ſuo ſatisfactum iri ratus, ſi iſtis ſatisfaceret. Nam quæ ratio plerosque gloriæ aliquanto cupidiores ad ſcribendum impellit, ut ex ſcriptis plus quam cæteri ſapere exiſtimentur, modeſtam ejus indolem nunquam movere potuit, quia judicabat librorum Iuris civilis eſſe ſatis, quibus Iuris prudentiæ ſtudioſi non raro magna cum ſtudiorum jactura diſtrahuntur imprudentes, ut quod velint nequidem poſt multos exantlatos labores aſſequi poſſint. Verum enimvero cum & ego. Parenti quam maxime morem gerere vellem, Amici quidam mei, atque inter illos etiam viri magni nominis, ſe jure quodam ſuo à me poſtulare dicebant, ut aliquid eorum quæ ad Juris intelligentiam in hoc otio Academico, minime tamen otioſus, Parens meus P. M. meditatus eſſet, quoniam potuiſſe ju-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

dicabant, publici Juris facerem, &
eorum deſiderio aliqua ſaltem ex
parte obſecundarem. Quod ob cre-
bram interpellationem dum recuſare
non potui, dedi illis quod volebant,
& libellum de IVRE ADCRE-
SCENDI in lucem protruſi po-
tius quam edidi, qua in re ſi quid à
me peccatum eſt publici commodi a-
more peccatum eſt. Hunc tibi vir Am-
pliſſime nuncupo totum & addico, lu-
bens merito ut eſt in antiqua formu-
la, ut is patrocinio tuo confirmatus, li-
berius in publicum prodire audeat,
nihil invidorum morſus, nihil impe-
ritorum calumnias reveritus, quas
non unius æſtimamus aſſis. VALE.
Lugd.-Batav. ipſis Calend. Maij.
cIↃ IↃ C. XXXI.

Anton.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Anton. Goveanus in præfat. ad lib. de Iure Adcreſcendi.

Cum multæ res in Iure civili nequaquam ſatis adhuc explicatæ ſint, tum perobſcura quæſtio eſt de Iure Adcreſcendi. De qua literis tam variæ proditæ ſunt, tamque diſcrepantes ſententię, ut non leve operæ pretium facturus ſit, qui de re tam incerta certi aliquid adferre poſſit.

Franc. Hotomannus, lib. 6. obſervat. cap. 12.

Sæpenumero ſum profeſſus, nullam toto jure noſtro ſpinoſiorem ac perplexiorem eſſe diſputationem, quam eſt illa de Iure Adcreſcendi, &c.

Errata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Errata ſic corrigenda.

Pag. 2. lin. 21. *lege* adijcit. p. 20. lin. 1. collegatario. p. 32. l. 11. orationes. p. 36. lin. ult. ceſſat. p. 38. lin. 12. negat. pag. 48. lin. ult. expectatur is. p. 84. l. 8. legatorum. pag. ead. lin. 9. ubi. p. 137. lin. 4. antecedit.

COR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

CORNELII SWANENBURCH
I. V. D.
DE
IVRE ADCRESCENDI
Libellus poſthumus.

CAPVT I.
Juris Adcreſcendi ſignificata.

IVRIS ADCRESCENDI ſignificatio etſi late patet, & generaliter de omni acceſſione uſurpari ſolet, vel cum res rei accedit, atque adjungitur, ut in Conſt. de Confirmat. Digeſtor. quæ incipit, Tanta circa nos §. pen. ubi Imperator ait tertiam mundi partem ſibi adcreviſſe in L. ergo 30. princ. & in L. inſula 56. ff. de Adquir. rer. dom. quibus ICti. docent inſulam fundo adcreſcere, & aliquid alluvione accedere. Vel cum pars communis ſervi ab altero manumiſſi, ſeveriori domino adcreſcebat §. ult. Inſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

de Donat. Vel cum perſona perſonæ, ut in titulo Inſtit. de Exheredat. Liberor. in princ. ubi dicitur, quod Iure veteri filiabus, & alijs per virilem ſexum deſcendentibus liberis utriuſque ſexus præteritis, teſtamentum quidem non infirmabatur, jus tamen adcreſcendi eis ad certam portionem præſtabatur. Quoniam hæ perſonæ ſcriptis heredibus adcreſcebant, adeo ut numerus heredum augeretur. Tamen proprie & ſpecialiter, jus adcreſcendi apud Iuris Conſultos celebratur, cum pars hereditatis, aut rei legatæ, quæ ideo vacat, quod unus ex heredibus, vel legatarijs defecit, parti quæſitæ ſic accedit atque adjungitur, ut ab hac trahatur. Ad exemplum alluvionis L. ſi Titio, §. uſumfructum, in fin. ff. de uſufruct. Nam ſicuti alluvio, quæ definitur incrementum latens, ita paulatim adicijt, ut intelligi non poſſit quantumquoquo temporis momento adijciatur §. præterea Inſtit. de Rer. Diviſ. L. 7. §. præterea ff. de Adquir. rer. dom. Ita quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quoque Ius Adcreſcendi latenter ipſoque jure L. unica. § in his itaque, C. de Caduc. tollend. etiam ſi factum ejus cui adcreſcit non accedat, partes, vacantes aut deficientes adjicit, ut velit nolit is, qui portionem quæſitam habet, continuo cæteras vacantes habeat, L. ſi quis 35. L. qui ex duabus 53. §. 1. ff. de Adquir. heredit.

CAP. II.

Qua ratione Jus Accreſcendi nitatur.

CVM de Iure Adcreſcendi agitur recte vulgo traditur, aliquam neceſſitatem eſſe adcretionis, portionis deficientis, cum ea quæ jam quæſita eſt, per d. L. 35. & 53. § 1. de Adquir. hered. Sed dubitatur hæc neceſſitas adcretionis qua ratione fulciatur, Accurſ. in L. ſervus communis 67. ff. de Adquir. hered. & in L. Celſus (alias pater meus) 29. ff. de leg. 2. quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Bartol. & communiter Doctores antiqui & recentiores ſequuntur, ut Michael Graſſus Libro, ſentent. 1. §. Ius Adcreſcendi quæſt. 3. teſtatur, hanc rationem adfert; quod alioquin fieret, ut quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decederet, quod jus noſtrum non patitur, L. jus noſtrum, ff. de Reg. Iur. paucis caſibus exceptis. Sed hanc rationem Iaſon & poſt eum Anton. Fab. de Error. pragmat. decad. 49. err. 1. ſolide refellit, ex eo potiſſimum fundamento, quod non minus ab inteſtato, quam ex teſtamento juri adcreſcendi locus ſit L. ſi ex pluribus ff. de ſuis & legit. hæred. At nullo facto per patremfamilias teſtamento, ſuperior ratio non poteſt obtinere: Quinimo etſi negaretur Iuri Adcreſcendi locum eſſe, non ideo tamen paterfamilias, qui nullum omnino teſtamentum fecit, pro parte inteſtatus videbitur deceſſiſſe, cum regula d. L. Ius noſtrum ſolum ad cauſam teſtati, non vero cauſam inteſtati pertineat. Alciat. Lib. 4. paradox.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

radox. cap. 8. Eandem rationem olim Alexand. in L. unic. C. quando non petent. part. improbavit, ſed minus ſolide. Nam quod docet ſuperiorem regulam in milite non procedere. Item in contractibus Iuri Adcreſcendi locum non eſſe, Accurſij rationem non infringit. Cum enim conſtitutionibus Principum ſpeciali Privilegio militi conceſſum ſit, ut pro parte teſtatus poſſit decedere, pro parte inteſtatus, L. ſi miles 6. L. ſi duobus 37. ff. de milit. teſtam. fictione quadam, quaſi duorum hominum, duabus hæreditatibus factis, L. ſi certarum 17. §. 1. ff. eod. Quoniam militis teſtamentum juris vinculis non ſubjicitur, ſed quo modo vult & poteſt teſtatur L. quanquam 3. C. de teſtam. milit. etiam jus Adcreſcendi in teſtamento militis locum non habet d. L. ſi duobus 37. Franciſc. Mantica de Conjectur. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 26. In contractibus vero Ius Adcreſcendi non valere cap. 8. in fine demonſtrabimus.

Quare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Quare cum Donello Lib.7. comment. cap.12. dicendum eſt, rationem ſumendam eſſe, ex duobus principiis, quorum alterum pertinet ad eas partes, quas hæres ſua voluntate agnovit, alterum ad partes vacantes, ſive deficientes. In partibus quas agnovit ita jus eſt: Qui aliquam partem agnovit, quæſitam poſtea repudiare non poteſt L.4. C. de repudiand. hæred. In partibus quas non agnovit; Nemo ejuſdem hæreditatis, quæ alium hæredem non habet, aliam partem poteſt admittere, aliam repudiare, ſed aut totam debet agnoſcere, aut à tota recedere, L. cum hæreditate ff. de adquir. hæred. L. quidam elogio 20. in fin. C. de Iure deliber. quæ duo principia ſimul juncta, hanc quam diximus Iuris Adcreſcendi neceſſitatem efficiunt, ut cogatur hæres portiones vacantes, cum quæſita admittere. Hanc rationem confirmat Iuſtinianus in L. unica §. in his itaque C. de Caduc. tollend. dicens, Abſurdum eſſe ejuſdem hæreditatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tatis partem quidem agnoſcere, partem vero reſpuere; Ideo abſurdum, quia ſicuti Defuncti perſona individua eſt, nec pro parte repræſentari poteſt, ſic etiam hæreditas, quæ fictione juris perſonæ defuncti vicē ſuſtinet L. legatum 116. §. ſervo ff. de legat. 1. L. hæreditas 34. ff. de Adquir. rer. dom. L. hæres 22. ff. de uſucap. quaſi adhuc quodammodo vivere intelligatur qui mortuus eſt, alio in ejus locum ſuffecto, individua dicitur L. Pomponius 8. in fine ff. de Rei vindic. neque pro parte eſſe poteſt L. 1. ff. de Adquir. hæred. Præterea ſicuti unius dum vivit duo patrimonia eſſe non poſſunt L. Iuriſperitus 30. §. 1. ff. de excuſat. tutor. ita & mortui duæ hæreditates eſſe nequeunt, una teſtamentaria, altera legitima. Quamobrem qui utilitatem à defuncto vel hærede conſequi cupit, illius ſe voluntati accommodare debet. Et hæc ratio Iuris adcreſcendi in hæreditatibus ſtatuenda eſt, cæterum an legatis conveniat controverſum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Ego cum Anton. Fabro d. error. 1. probabilius exiſtimo rationem jam relatam ſpecialem eſſe, & tantum de hæreditatibus loqui, nec legatis per omnia convenire, ſed ſolam voluntatem defuncti in cauſa eſſe. quia rem pluribus legatariis ita reliquit ut ſinguli ſolidum habeant, & ſolo concurſu partes faciant. Nam in legatis repræſentatio perſonæ defuncti ceſſat, quia legatarii rei particularis, non juris ſucceſſores ſunt, §. legatariis Inſt. de teſtam. ordin. & nihil abſurdi eſt, legatum proprium agnoſcere, & alienum repudiare, cum deficiens portio commode penes hæredem oneratum poſſit remanere Anton. Govean. de Iure Adcreſc. num. 25. Objiciet fortaſſe aliquis, ut hæres partem hæreditatis non poteſt admittere, partem repudiare, d. L. 1. ff. de Adquir. hær. ita legatarius pro parte adquirere, pro parte repudiare legatum non poteſt L. legatarius 38. ff. de leg. 1. Iulius Paul. recept. ſentent. lib. 3. tit. 6. §. ejus rei; Reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

pondeo, Verum hoc eſt in eadem re, quæ uni legata eſt, quam ſi voluerit ex aliqua parte ſuam eſſe, totam acquirit L. 4. L. ſi ei cui res 58. ff. de leg. 2. vel quæ duobus relicta eſt, ſed ea conjunctione quæ realis eſt, quæ tum facta intelligitur, cum ad eandem rem plures ſine partibus vocati ſunt, qui ab initio ſolidum habent, ſed concurſu partes faciunt. Nam in hac conjunctione ex ſola voluntate teſtatoris inter legatarios Ius Adcreſcendi inducitur, & proinde portio deficiens invito adcreſcit, non quidem ut plus legatarius habeat, quam ei teſtator dedit, ſed tantum hoc ipſum, quod teſtator dedit, nullius concurſu diminutum, vel potius apud eum remaneat, & ſolidum ſuo jure retineat. Inſtabit diſcrepantiam inter hæreditates & legata, magis in verbis hærere, quam in ſenſu. Nam & inter hæredes, jus adcreſcendi ex voluntate defuncti proficiſcitur, & mediante judicio teſtatoris defertur Bartol. ad L. ſi in teſtamento 5. num. 3. ff. de vulg. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

pup. ſubſt. quia non creditur teſtatorem voluiſſe pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum decedere, ſed cohæredem cohæredi quaſi ſubſtituere L. ſi Titio & Mævio 61. §. Iulianus ff. de legat. 2. Reſpond. tunc inter hæredes Ius Adcreſcendi ex teſtatoris voluntate inducitur, cum teſtator, vel id ipſum expreſſit, vel de eo nihil cavit, quia in dubio teſtator nihil aliud videtur voluiſſe quam quod lex jubet, argumento L. nemo poteſt 55. ff. de legat. 1. Cæterum quamvis teſtator Ius Adcreſcendi expreſſim prohibuerit, non eo minus inter cohæredes locum habebit, ut infra capite XIII probabimus.

Cap. III.

Vnde ortum ſit Ius Adcreſcendi.

ORIGINEM Iuris Adcreſcendi quod attinet. Satis ex præcedentibus intelligi poteſt quam verum ſit, quod hoc capite tractandum proban-

bandumque ſuſcipimus. Ius Adcreſcendi non per mediam Iuriſprudentiam, nec longo tempore poſt inductum eſſe, ſed certa aliqua lege, & nominatim lege duodecim tabularum, ut legis appellatio ſpecialiter & κατ᾽ ἐξοχὴν accipiatur, quomodo plerumque in jure noſtro interpretamur, quando abſolute legis mentio occurrit, ut in L. juriſgentium 7. §. ſi paciſcar ff. de pact. L. certo 13. §. latitudo ff. de ſervit. ruſtic. præd. In legitimis tutoribus leg. 1. L. legitimos 5. de legit. tut. Legitima hæreditate L. lege obvenire 130. ff. de verb. ſignif. juncta l. 1. ff. de petit. hæred. §. 1. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & alibi ſæpius. Bartol. in L. Celſus ff. de leg. 2. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 4. cap. 10. num. 2. Cuiac. in parat. C. tit. de Caduc. toll. Anton. Faber, d. err. 1. quorum ſententiam comprobat text. in d. L. Celſus 29. Si (inquit I C.) filio hæredi, pars ejus à quo nominatim legatum eſt ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

creſcat, non præſtabit legatum, quod jure antiquo capit, id eſt lege XII tabularum. Nam ita jus antiquum accipere oportet cum Accurſ. per L. in rem 24. §. tignum ff. de Rei vindic. ubi antiqua actio vocatur, quæ ex lege XII tabularum deſcendit, quemadmodum leges XII rabularum, leges antiquæ appellantur L. 2. §. 1. ff. de noxal. act. §. ſed hæc quidem vetuſtas Inſt. de exhæredat. liber. Contra Duaren. de jure adcreſc. lib. 1. ca. 1. Romul. lib. ſingulari de Iure adcreſc. cap. 8. Gothofred. ad d. L. 29. & alios, qui jus antiquum, pro eo jure accipiunt, quod ante Legem Papiam fuit, quæ centeſimam hæreditatem ærarij augendi cauſa in fiſcum redigebat, & legata quæ legatarius capere non poterat, caduca efficiebat, & ſimiliter fiſco tribuebat. Et ex eo deducunt jus adcreſcendi longo tempore poſt leges XII tabularum inductum fuiſſe, ſed poſtea lege Papia ſublatum, & deinde interpretatione prudentum reſtitu-

reſtitutum. Potiſſimum fundamentum ponunt in verbis legis XII tabularum, *Uti legaſſit ſua rei ita jus eſto.* L. verbis legis 120. ff. de verb. ſignif. Cum enim illorum verborum ſignificatio generaliſſima videatur, ita arbitrantur, hac lege arbitrio morientis ſummam libertatem circa hæredis inſtitutionem conceſſam eſſe, ut ſi velit poſſit pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere, ſecundum leg. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Sed horum ſubtilitatem nervosè impugnat Anton. Faber d. decad. 49. Err. 1. ubi docet ab ipſo initio ejus temporis, quo leges XII tabularum in uſu eſſe cœperunt juſta interpretatione coanguſtatam fuiſſe, nimiam illam, & effrenem teſtandi licentiam, auctoritate ſive prudentum, ſive jura conſtituentium ut in d. L. 120. traditur. Adde Gœdd. ad eand. legem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Cap. IV.

Definitio Juris Adcreſcendi.

A definitione ſive deſcriptione Iuris Adcreſcendi jam auſpicari optimum fuerit, ut teſte Cicerone intelligatur, quid, & quale ſit, de quo poſtea dicturi ſumus: Varie hoc Ius ab interpretibus definitur, Iacob. Cuiac. in tract. ad African. 5. ad L. qui uſumfructum 36. §. ult. ff. de uſufr. definit *Jus retinendæ, vel nanciſcendæ partis ejus qui non concurrit, vel concurrere deſijt*. Dicitur eſſe jus. Iuris vocabulum, in uſu juris civilis πολύσημον eſſe notius eſt, quam ut debeat demonſtrari. Aliquando jus accipitur pro poteſtate, & facultate jure civili data & permiſſa, ut in definitione uſuſfructus Inſtit. de uſufr. in princ. leg. 1. ff. de uſufr. Itineris, Actus, Viæ, Inſtit. de ſervit. præd. Quę ſignificatio non ex verbi proprietate ſumitur,

mitur, ſed ineſt in eo Metonymia qua continens contenti ſignificationem accipit, ut verbo Ius intelligamus poteſtatem quæ jure continetur, facultatem ſecundum leges, quia jure data & confirmata. Aliquando Ius per Metatheſin accipitur, ut ſit quaſi vis & neceſſitas quædam, & hæc ſignificatio hujus loci propria eſt. Si enim Ius adcreſcendi exemplo alluvionis, & coaleſcentium plantarum latenter, ipſoque jure, etiam ſine hominis facto portiones vacantes ita adjicit, ut qui quæſitam habet, continuo cæteras habeat, certe Ius adcreſcendi debet definiri Vis & neceſſitas, qua qui partem hæreditatis aut rei legatæ agnovit, cæteras eiuſdem hereditatis partes cogitur admittere. Additur *Retinendæ partis ejus qui non concurrit*. Habito reſpectu ad diſiunctos ſeu re coniunctos, quorum uno deficiente, alter qui portionem ſuam agnovit, deficientis portionem potius dicitur retinere, quam novam portionem, ſuæ portioni accedentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

dentem adquirere, quia re coniuncti ab initio ſolidũ accipiunt, & ſolidum retinent, quod defectu collegatarii non eſt diminutum. *Vel jus nanciſcendæ partis ejus qui concurrere deſijt*, Quod legati uſusfructus proprium eſt. Duo enim maxime in jure adcreſcendi uſusfructus propria ſunt, quę in proprietate locum non habẽt. Prius eſt. quod proprietate pluribus legatâ, portio deficiẽs ſeu omiſſa, portioni alterius, qui ſolus legatum agnovit, adcreſcat L. qui ex duabus 53. §. 1. ff. de adquir. hær. L. 3. §. ult. cum duab. ll. ſeq. ff. de bonor. poſſ. In uſusfr. autem legato non tantum deficiens ſive omiſſa, ſed & agnita & deinde amiſſa portio alterius portioni adcreſcit. Omittimus delata. Amittimus adquiſita. Amiſſa proprietas non adcreſcit. L. & Procula 20. ff. de leg. 2. Amiſſus uſusfr. adcreſcit leg. 1. §. interdum ff. de uſusfr. adcreſc. Ratio hujus ſpecialitatis redditur ex Celſo & Iuliano in d. L. interdum, his verbis *Vſusfructus quotidie conſtituitur, & legatur*;

tur; non ut proprietas eo ſolo tempore, quo vindicatur, cum primum itaque non inveniet alter eum, qui ſibi concurrat, ſolus utetur in totum. Quam rationem paulo obſcuriorem ſic interpretor.

Cum proprietas legata eſt, eo ſolo tempore ſpectatur, quo vindicatur, aut poteſt vindicari, hoc eſt quo nondum quæſita eſt. Eo igitur ſolo tempore qui deficit & non concurrit alteri partem non facit. Intelligo, non impedit quo minus tota ad collegatarium perveniat, & pars omiſſa, vel deficiens agnitæ & adquiſitæ portioni adcreſcat, quia altero non concurrente, tota legata intelligitur. Contra qui eo tempore concurrit, alteri ſemper partem facit, id eſt agnita ſua portione cum collegatario ad legatum concurrens, efficit ut tantum pars ad collegatarium pertineat, ſive ut loquitur Imperator in §. ſi eandem Inſt. de legat. legatum ſcindatur, conſequenter ut portio ſemel quæſita & deinde amiſſa collegatario non adcreſcat, quia teſta-

teſtator non amplius præſtari voluit. At uſusfructus ejuſdem rei duobus in ſolidum relictus, non ſolum ab initio nondum quæſitus unicuique in ſolidum legatur, ſed & quæſitus & in unius perſona amiſſus. Ratio rationis ex jure uſusfructus certiſſima eſt. Cum jus perſonæ ſit L. 1. ff. de ſervit. L. ſi quis 32. ff. de uſufr. & ex perſona uſufructuarii æſtimetur, in quæſtione an ejus dies ceſſit, non initium, ſive diem mortis teſtatoris; perſonam uſufructuarii, & ſingula momenta inſpicimus, & in legato uſusfructus conditionem *Si vivet* ſubintelligimus, igitur quamdiu conjunctus vivit & utitur, legatum uſusfructus in ſuo ſtatu manet, & non prius alteri adquiri poteſt, quam collegatarius partem ſuam amiſerit, vel in vivis eſſe deſierit. Alterum quod in jure adcreſcendi, aliter in proprietate quam in uſufructu ſervatur, hoc eſt: Quod in proprietate portio hæredis vel legatarii deficientis nunquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quam hæredi adcreſcat, ſi portionem ſuam non agnovit, vel agnitam amplius non habet. In uſufructu contra etſi unus ex conjunctis portionem ſuam agnovit, eamque poſtea amiſit nihilominus accreſcit L. interdum 10. ff. de uſufruct. accreſc. Species talis eſt. Titio & Mævio uſusfructus fundi legatus eſt, Titius cum partem ſuam capere vellet litis controverſiam à Sempronio paſſus eſt, qui ſe liti offerebat, & eam uſusfructus partem ad ſe pertinere contendebat: lite pendente Mævius quoque uſumfructum amiſit, forte non utendo vel capitis deminutione Gloſſ. ad L. Si Titio 33. §. 1. ff. de uſufruct. deinde Titius deceſſit. Mævius ratione ſui intereſſe, quod ſibi illa pars Titij ſi obtineret accreſceret, litem proſecutus eſt, & tandem in ea obtinuit. Quæſitum eſt, hæc portio ad proprietatem pertinere debeat, an vero collegatario adcreſcere. Reſpondit Vlp. Iuri adcreſcendi locum eſſe, & portio-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nem quæ Titii fuit, collgatario Mævio adcreſcere, non ad dominum redire. Rationem adſignat, ex differentia proprietatis & uſusfructus deſumptam, Portio fundi velut alluvio portioni, non perſonæ adcreſcit. d. L. 33. §. 1. Si portioni, per portionem quoque perſonæ portionem habenti, non amittenti. uſusfructus cum jus perſonę ſit homini vel perſonæ adcreſcit non parti d. leg. 33. L. & an eadem 14. §. 1. ff. de except. rei judic. Perſonæ igitur collegatarii, etiam ſi portionem non habeat, ſed eam amiſerit: ſi modo in eo ſtatu fuit, quod portionem illam capere potuiſſet. vide Donell. Lib. 10. comment. cap. 23. Ioann. Suevium de Iure Adcreſc. Lib. 1. cap. 4. Hunnium de uſufruct. part. 1. cap. 8. quæſt. 2. & 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

CAP. V.

De Diviſione Juris Adcreſcendi.

IUS *Adcreſcendi* vulgo multifariam dividitur. Sunt plerique in ea ſententia, ut dividant in reale & perſonale. Reale ut in proprietate. Perſonale in uſufructu d. L. 33. §. 1. de uſufr. d. L. 14. §. 1. de Except. rei judic. Govean. de jure adcreſc. num. 2. Non recte, Nam quod traditur, uſumfructum conjunctim legatum non portioni, ſed perſonæ adcreſcere, in quodam uſufructu ſingulare eſt, nempe eo qui manumiſſus eſt, uti arguit vocabulum interdum in L. 1. §. interdum & L. interdum 10. ff. de uſufr. adcreſc. quod exceptionem denotat, de omni uſufructu in genere intelligi non debet, ſed regula in contrarium eſt. Nunquam deficientem portionem alteri adcreſcere, niſi ei qui ſuam portionem agnovit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

novit, & quæſitam habet leg. 3. in fin. cum duabus ſeqq. ff. de bonor. poſſeſſ. L. ſi ex pluribus 9. ff. de ſuis & legitim. L. unic. §. 11. C. de cad. toll. Iohann. Suev. d. lib. 1. cap. 4. Alii dividunt in jus adcreſcendi, & non decreſcendi. Non decreſcendi vocant, quod inter re tantum conjunctos obtinet. Cum enim ad eandem rem vocati ſunt, ita ut ſingulis tota res relicta intelligatur, & per concurſum partes faciant, inter hujuſmodi conjunctos non tam jus adcreſcendi quam non decreſcendi dicẽdum eſt. Anton. Fumæus de jure adcreſc. cap. 4. & 5. Duaren. de jure adcreſc. lib. 1. cap. 11. Cuiac. ad tit. ff. de uſufr. adcreſc. Mynſing. ad §. ſi eadem res Inſt. de legat. num. 18. Vultejus ad §. ult. Inſt. de donat. Sed nec hęc diviſio ſatis probatur, quamvis eâ Iuſtinianus pene uſus videatur in L. unic. §. ubi autem C. de caduc. toll. magis ad expreſſionem verborum quam ad voluntatem teſtatoris reſpiciens. Quia tantum

abeſt,

abeſt, ut jus quod non decreſcendi vocant, jus adcreſcendi excludat, ut omnium maxime id ipſum inducat. Nam ſi quæratur quo jure legatarius eam partem quæ concurſu diminuta non eſt, adquirat, non alio quam adcreſcendi jure id fieri reſpondebimus: quia nunquam jus adcreſcendi ad hoc competit, ut plus legatarius habeat, quam ei teſtator dedit, ſed tantum ut illud ipſum nullius concurſu diminutum, quod non potuiſſet habere, ſi ſocius per concurſum partem feciſſet. Præterea ratio conſecutionis non ſatis firma eſt. Teſtator ſingulis ſolidum aſſignavit, Ergo inter illos jus adcreſcendi non valet. Neque enim partiũ, vel ſolidi aſſignatio jus adcreſcendi inducit; ſed voluntas morientis, qui duos pluresve per conjunctionem ad unam eandemque rem vocavit. magis autem vel minus omnes collegatarios in una re conjungi, accidens eſt, quod naturam ipſius conjunctionis & juris adcreſcendi non poteſt immutare,

arg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

arg. L. qui habet ff. de tutel. Denique ſic conjuncti non ſimpliciter ſolidum conſequuntur, ſed ſub tacita conditione *Si non concurrant.* Per quam tacitam conditionem jus adcreſcendi inducitur, perinde ac ſi teſtator expreſſiſſet, eadem quippe vis eſt taciti, quæ expreſſi L. 3. ff. de reb. cred. ubi D D. Non obſtat argumentum Vultei d. nu. 9. quod tale eſt. Aut concurſum eſt, aut non eſt. Si collegatarij ad legatum pervenerunt, partes occupatæ ſunt, & jus adcreſcendi ceſſat, quia nunquam pars occupata occupatæ, ſed vacans occupatæ adcreſcit, atque accedit. Si alter defecit, etiam nullæ partes ſunt, & jus de quo agimus hoc caſu locum non poteſt habere. Ratio quia hoc jus verſatur in partibus, quæ ſi nullæ ſint, ipſum jus nullum eſſe neceſſe eſt. Nam quod dicitur, ſi ambo non perveniant ad legatum, nullæ partes fiunt, ſane intelligendum eſt, & cum diſtinctione inter verba & voluntatem teſtatoris. Si verba ſpectamus vere quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

dem & diſtinctæ nullæ partes fiunt, quia teſtator ab initio ſolidum attribuit. Si vero mentem & voluntatem, ab initio ſunt partes, ſed indiviſæ, & quæ ex collegatarij concurſu pendent, ut interim, quamdiu collegatarius adhuc concurrere poteſt, alter duntaxat partem habeat, ex poſt facto autem, ſi deſinat poſſe, aut velle concurrere totum ei adquiratur. Eaque differentia potiſſima eſt, inter eum qui verbis tantum conjunctus eſt, & eum qui re tantum. Is qui verbis tantum conjunctus eſt ſemper partes habet, omni tempore & caſu, id eſt non tantum poſt concurſum, ſed etiam ſtatim, & ab initio, neque unquam, quamvis collegatarius deficiat ſolidum poteſt conſequi. Qui re conjunctus eſt non ſemper & omni caſu, ſed interim, quamdiu collegatarius non concurrit. Tertia itaque ſententia eſt hoc jus adcreſcendi duplex eſſe Iuris vel Hominis, id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

eſt, portionem vacantem adcreſcere aut ipſo jure nullo facto hominis extrinſeco adveniente, aut jure & voluntate defuncti, ita quidem ut legis authoritas & auxilium concurrat, tamen voluntas teſtatoris prævaleat & totum fere facere cenſeatur. Ipſo jure adcreſcit, in legitima hereditate, ſi alter ex legitimis heredibus ſuam portionem repudiaverit, L. ſi ex pluribus 9. ff. de ſuis & legitim. hered. Bonorum poſſeſſoribus L. 3. 4. & 5. ff. de bonor. poſſ. duobus vel pluribus dominis, quorum ſervo communi uſusfructus relictus eſt L. 1. §. 1. ff. de uſufr. adcreſc. Querela inofficioſi teſtamenti, ſi hereditas evincatur L. qui repudiantis 17. L. ſi poenas 23. §. ult. ff. de inoff. teſtam. Iure & voluntate in teſtamentaria hereditate & legatis. Teſtamentaria hereditate, cum eadem hereditas, ab eodem teſtatore, eodem ſucceſſionis genere duobus vel pluribus relinquitur L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

turL. item ut Sabinus §.1.ff. de hæred. inſtit. L.qui duabus 53.in princ. & §.1. ff. de adquir. hered. §. videamus inſtit. de Hered. inſtit. In legatis conjunctim vel diſiunctum duobus vel pluribus relictis §. ſi eadem res Inſtit. de legat. De quibus omnibus ut in ſenſum magis incurrant Paulo fuſius in ſequentibus dicemus.

CAP. VI.

De cauſa efficiente Iuris Adcreſcendi, & conjunctione tam heredum, quam legatariorum.

DE cauſa efficiente Interpretes à ſeſe invicem diſſentiunt. Sunt qui opinantur hoc jus non ex teſtatoris voluntate venire, ſive expreſſa, ſive tacita, ſive mediate ſive immediate, ſed ex ſola lege, quæ neceſſitatem hæredi imponit, etiam deficientes portiones admittere Fab. d. dec.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

49. err. 1. Alij ſolam voluntatem morientis, ut cauſam agnoſcat. Ego proxima diviſione diſtinguentium opinionem probavi, & nunc quoque probo, nimirum ſi de legitima hereditate, bonorum poſſeſſione, querela inofficioſi teſtamenti, vel uſufructu ſervo communi relicto agatur, ſoli legi jus adcreſcendi deferamus. Sin vero de teſtamentis & legatis, voluntatem teſtatoris expreſſam vel tacitam hoc jus efficere dicamus. Nec reſiſtit quod in ultimis voluntatibus legis proviſio & auxilium concurrat: Imo quod voluntas teſtatoris videatur cauſa minus principalis, & quaſi quoddam inſtrumentum, quo lex in adcreſcendo utitur, prout ex remotione legis & voluntatis teſtatoris poteſt apparere. Remove Legem, & nihil adcreſcet. Remove voluntatem, non ideo jus adcreſcendi removetur, quemadmodum ex diverſo poſita voluntate non continuo jus

jus ponitur. Cum enim in ultimis voluntatibus Ius adcreſcendi principaliter obueniat arbitrio teſtatoris, cujus liberæ voluntati relinquitur, unum hęredem vel plures conjunctim vel disjunctim inſtituere, uni legare, vel etiam pluribus. Lex vero eam voluntatem confirmet & approbet, ut pote ſine qua nec conſiſtat quidem. Denominatio à potiori ſumenda eſt arg. L. quæritur ff. de ſtatu hom. & proprie voluntati teſtatoris acceptum ferendum, quia cauſa proxima eſt, hominis diſponentis voluntas; quæ non aliter ſervanda quam lex L. in conditionibus 19. in princ. ff. de condit. & demonſtr. Novell. 22. cap. 2. quoniam publice expedit ſupremá hominum judicia exitum habere L. vel negare 5. ff. teſtam. quemadm. aper. text. elegans in L. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Sic hæreditas ex ipſa cauſa efficiente principali differentiam habet. Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

etſi eam quæ ex teſtamento defertur, lege obvenire non improprie quis dixerit L. lege obvenire 130. ff. de V. S. Tamen ſucceſſio quæ Lege, Conſtitutione, Edicto defertur, quia principaliter, & immediate ex legitimo jure venit, proprie legitima vocatur, & idem ſucceſſio ab inteſtato §. 1. & tot. tit. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. L. lege C. de legit. hered. quæ vero ex teſtamento eſt, quia à voluntate defuncti pendet ac proficiſcitur, proprie teſtamentaria dicitur, & legitimæ ut contraria ſpecies ubique opponitur L. 3. §. de illo ff. pro ſocio. L. quamdiu 39. ff. de Adquir. hered. Sicut ergo per regulam oppoſitorum impoſſibile eſt, ut oppoſitam ſpeciem ſcilicet teſtamentariam, etiam legitimam appellem. Goedd. ad. d. L. 130. num. 2. ita quoque impoſſibile ut Ius Adcreſcendi quod *hominis voluntate obuenit abſolute ac proprie lege di-

cam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

cam obvenire. Præterea quamvis Ius adcreſcendi etiam in uno herede ſpectetur, cum is ex aſſe inſtitutus, aliquam partem hereditatis ad ſe voluit pertinere, quia unam partem agnoſcendo, ſtatim in aſſem heres efficitur L. ſi ex aſſe ff. de Adquir. hered. Tamen cum in pluribus heredibus ad eandem hereditatem vocatis, vel pluribus legatariis in eandem rem conjunctis pręcipue valeat, & ad eam ſpeciem Leges, quæ de Iure Adcreſcendi agunt potiſſimum referantur L. item ut Sabinus 17. §. 1. ff. de hered. inſtit. d. L. unic. §. His ita definitis C. de Caduc. toll. §. ſi eadem Inſtit. de legat. & ſimiles, ſtatuendum eſſe, Iuris Adcreſcendi efficientem cauſam, eſſe voluntatem teſtatoris, hoc eſt conjunctionem quæ per teſtatorem contingit. Porro Conjunctos cum heredes tum legatarios vocamus, qui ad idem totum, vel ſpeciem certam vocati ſunt. Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

his quidam ſunt Re tantum conjuncti, quidam *verbis* tantum, quidam Re & *verbis* ſimul, genera notata in L. triplici 142. ff. de V. S. Re conjuncti dicuntur qui diverſa & diſcreta oratione ad eandem rem ſunt vocati, ut ſi teſtator dixerit, *Titio Fundum Tuſculanum do Lego. Scio Fundum Tuſculanum do lego.* §. ſi eadem Inſt. de legat. Sunt enim hic duæ rationes, & tamen unus fundus, ad quem Titius & Sejus ſimul ſunt vocati cum ſingulis in ſolidum relinquatur. Pari ratione ſi teſtator fundum ſive proprietatem fundi legaverit, & Sejo ejuſdem fundi uſumfructum, Re videntur conjuncti & ad eundem fundum vocati, quia appellatione fundi vel proprietatis uſusfructus continetur. Niſi nominatim deducto & detracto uſufructu fundum aut proprietatem legaverit L. 3. §. ult. L. 4. ff. de uſufr. adcreſc. L. ſi alii. 19. ff. de uſufr. leg.

Etenim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Etenim licet jus utendi fruendi conjunctim cum proprietate aliquid proprium habeat, quod uſusfructus, à proprietate ſeparatus non habet L. ſi ita 126. ff. de V. O. L. recte dicimus 25. ff. de V. S. non tamen ideo ad diverſas & ſeparatas res vocati ſunt, quia cum una & eadem res ſit, non debet diverſo jure cenſeri arg. L. eum qui ff. de uſucap. ſed legatum uſusfructus ex voluntate teſtatoris communicari d. L. ſi alij 19. Cæterum Re conjuncti diverſo reſpectu & conjuncti dicuntur & diſjuncti. Conjuncti in d. L. 142. quia re ipſa ſunt conjuncti, ſive ad eandem hæreditatem, vel rem vocati. Disjuncti in d. L. unic. §. his ita verſ. Sin vero quidam C. de caduc. toll. videlicet comparatione eorum, qui Re & *verbis* ſimul aut *verbis* tantum conjuncti ſunt, quibus opponuntur, d. §. ſi eadem, & ibi DD. ex eo quod verbis & oratione ad eandem rem

 vocan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

vocantur, ſunt diſjuncti & ſeparati, Duaren. de Iure Adcreſc. lib. 1. c. 6. *Verbis* tantum conjuncti dicuntur, qui eodem quidem orationis complexu ad eandem rem vocantur, ſed expreſſis & diſcretis æqualibus partibus, hoc modo, Titius & Mævius ex æquis partibus heredes ſunto, Titio & Mævio fundum Tuſculanum ex æquis partibus Do Lego. Nam inter quos partes exprimuntur, Re non conjunguntur, non enim in ſolidum ad eandem rem vocantur, ſed ſolummodo ad ejuſdem rei partes licet indiviſas, quibus diſjunguntur, cum ea pars quæ Mævij eſt juris contemplatione non poteſt videri Titio data eſſe. Partes autem oportet indiviſas eſſe, nam ſi reipſa diviſæ ſunt conjunctio ceſſat, quia pro diviſo ſingulæ integrum eſſe incipiunt d. L. recte 25. de V. S. & ibi Goedd. num. 9. & ad d. L. 142. num. 8. Re & *verbis* ſimul conjuncti

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſunt ut Paulus definit in d. L. 142. quos & nominum & rei complexus jungit, hoc eſt qui ad eandem rem nullis ſeparatis vel expreſſis partibus eadem oratione vocantur; Exempli gratia Titio & Mævio fundum Sempronianum Do Lego, Titius & Mævius heredes ſunto. At quam variè ea dem oratione, in eandem rem aptè poſſunt conjungi docet I C. in d. L. 142. L. Titiæ 36. §. nihil intereſt, L. ſi quis 121. ff. de leg. 1. L. illi cum illo 40. ff. de uſufr. leg. cum ſimilibus, quibus dicitur hanc conjunctionem, quam mixtam interpretes nominant, non minus per æquipollentia verba, ac per copulativas conjunctiones fieri poſſe, quis & per particulam diſcretivam, hoc modo Non ſolum Titium ſed & Mævium heredes inſtituo. Thomas Papilm. trac. ſingulari de Iure adcreſc. pag. 9. An etiam per particulam adverſativam, Autem, vel *vero*. Negat

 Anton.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Anton. Fab. de Error. pragm. d. decad. 49. err. 3. Affirmat Bartol. ad L. re conjuncti 89. ff. de legat. 3. num. 14. Duaren de Iure adcreſc. lib. 1. cap. 9. verſ. nec video, & lib. 2. cap. 15. Papilonius d. loco.

CAP. VII.

De requiſitis Iuris Adcreſcendi.

REquiſita quæ oportet concurrere, ut legatarij dicantur conjuncti, Et Iuri adcreſcendi locus ſit, potiſſimum quinque ſunt;

Requiſitum Primum.

Primum, ut una eademque res duobus vel pluribus relinquatur L. conjunctim 80. ff. de legat. 3. Nam ſi teſtator Titio Stichum & Mævio Pamphilum legaverit, non erunt conjuncti, quia res diverſas legavit, L. hujuſmodi 84. §. quibus ff. de leg. 1. Pari modo conjunctio ceſſati, ſi Titio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Titio anteriorem partem fundi, Mœvio poſteriorem legaverit, nam teſtator hoc modo legando intelligitur fundum diviſiſſe & ex uno duos feciſſe L. ſi quis 6. §. ſi quis, verſ. plane ff. Comm. præd. vel ſi manifeſtum ſit, teſtatorem voluiſſe quod uterque ſolidum acciperet, quia uni pretium, alteri fundum ipſum aſſignavit L. ſi pluribus 33. ff. de leg. 1. Et in hoc articulo uſusfructus à cæteris rebus nihil differt. Quoniam Ius Adcreſcendi de uſufructu, tantum inter eos eſt, quibus idem uſusfructus, hoc eſt ejuſdem rei uſusfructus relictus eſt L. 1. in pr. L. 3. in pr. ff. de uſufr. adcreſc. modo vere & quoad rem conjungantur, ut intelligatur eandem rem pluribus in ſolidum relictam eſſe. Secus dicendum eſt, ſi non vere & quoad rem ſunt conjuncti, licet verba intercedant, quæ eos videntur copulare, ut in facti ſpecie L. & Proculo 20. ff. de leg. 2. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Sticho ſervo communi Titii & Sempronij uſusfructus relictus ſit hoc modo. Sticho ſervo Titii & Sempronij uſumfructum Do Lego. Quia ſi verba reſpicias Titius & Sempronius conjunguntur, & quidem verbis tantum. Si vero rem ipſam quæ legatur, diverſæ partes ſunt quæ Titio & Sempronio legantur, ſicut & dominij partes quas in ſervo habent diverſæ ſunt, & diſtinctæ, ſaltem juris intellectu, & ob id Celſus nega conjunctos eſſe, etſi alteruter portionem ſuam amittens alteri adcreſceret. Contrarium ex ſententia Iuliani videtur definire Vlpian. in L. 1. §. 1. ff. de uſufr. adcreſc. Socium quaſi conjunctum eſſe, ideoque altero repudiante, vel amittente uſumfructum, ad alterum pertinere, & licet uſusfructus dominis non æquis partibus, ſed pro dominicis acquiratur, tamen perſona ſervi, non dominorum inſpecta ad alterum ex dominis perti-

pertinere, non proprietati accedere. Varij varie reſpondent. Alij hanc quæſtionem inter Proculianos & Sabinianos agitatam fuiſſe, & Iulianum qui Caſſianus fuit L. 2. ff. de orig. jur. à Proculo & Celſo, qui patris ſui ſententiam & auctoritatem defendebat, diſſenſiſſe Gilbert. Regius lib. 2. Enantioph. cap. 16. Alij inter proprietatem & uſumfructum diſtinguendum eſſe, In proprietate Celſi opinionem veram eſſe, propter definitionem, quam Celſus pro ratione adducit. Non enim (inquit) his dominis conjunctim, ſed partes legatas, nam ambo ſi vindicarent eam quemque legati partem habiturum, quam in ſervo haberet. In uſufructu Iuliani, relatam ab Vlpian. in d. L. 1. ex eo quod in uſufructu ſpeciale ſit, ut cum in cæteris rebus nunquam Ius adcreſcendi valeat, niſi cum is cujus ea portio eſt, deficit & illi nondum acquiſita fuit, non item ſi ſemel acquiſita, & po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

& poſtea repudiata; tamen uſusfructus conſtitutus, & acquiſitus, & deinde amiſſus, nihilominus I. A. admittit d. L. 1. §. interdum. Robert. lib. 2. ſentent. cap. 24. Govean. de Iure adcreſc. num. 27. & ſeqq. Dicendum Celſum à Iuliano non diſſentire, ſed utrumque recte dicere, Nam quod Celſus negat dominos conjunctos eſſe, quoad rem legatam veriſſimum eſt. Cum enim uſusfructus pro portionibus dominicis acquiratur L. communis 45. in fin. ff. de Adquir. rer. dom. non ſingulis ab initio in ſolidum uſusfructus debetur, nec concurſu partes faciunt, ſed partes habent utique diſtinctas, portionibus dominicis, quas in ſervo poſſident reſpondentes, Et ideo inter eos conjunctio nulla eſt, & nullum I. A. quod toties intelligitur, quoties in duobus qui in ſolidum habuerunt concurſu diviſus eſt L. 3. in pr. ff. de uſufr. adcreſc. Quod vero Iulian.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

lian. in d. L. 1. §. 1. ſcripſit, uno ex dominis repudiante, aut amittente, ejus portionem ad alterum pertinere, itidem veriſſimum eſt: Si modo id intelligatur de jure, quo alteri poteſt adquiri; id eſt ad alterum pertinere non ex jure adcreſcendi, ſed poteſtatis & dominij, quo fit, ut quod per ſervum communem quæritur, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt, totum ad alterum pertineat, & perinde habeatur ac ſi ejus ſolius eſſet, qui adquirendi facultatem habet L. verum 63. §. ſervo ff. pro ſocio. L. Plautius 49. ff. ad Leg. Falcid. L. 1. §. communis L. item ſi ſervus 9. ff. de ſtipulat. ſervor.

Requiſitum ſecundum.

Secundo requiritur, ut eodem jure relinquatur. Inter eos qui diverſo jure vocantur I. A. non ſervatur L. ſed cum patrono 6. ff. de bonor. poſſ. L. ſive libertus 21. §. ex duobus verſ. adcreſcere potuiſſet ff. de Iure patron.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tron. L. ſi ſub conditione 16. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. Bartol. ad L. ſi pater filium num. 17. ff. de inoffic. teſtam. Exemplo eſt heres fideicommiſſarius: Nam etſi vocatus ſit non ſolum ad eandem rem ſive hereditatem, ad quam vocatus eſt heres, qui rogatus eſt hereditatem reſtituere, ſed etiam eam quam rogatus eſt coheres ejus qui fideicommiſſum præſtitit, tamen fideicommiſſarius coheredi non eſt conjunctus, quia ex diverſis cauſis ad eandem rem vocantur, Coheres ex cauſa inſtitutionis, fideicommiſſarius ex fideicommiſſo, proindeque non eſt inter eos I. A. utique ſi heres fiduciarius non compulſus ſed ſponte ſuam partem agnovit & reſtituit. L. Papinianus 42. ff. ad S C tum Trebell. Cuiac. lib. 12. obſ. cap. 12.

Requiſitum tertium.

Tertio requiritur ad conjunctionem faciendam, & jus adcreſcendi obtinen-

nendum, ut unus idemque teſtator plures ad eandem rem vocet d. L. ſi ſub conditione 16. ff. quib. mod. uſus fr. amitt. verb. quia ex diverſis teſtamentis jus conjunctionis, id eſt I. A. non contingit. Obſervandum tamen hic eſt, patris & filii teſtamentum, non pro diverſis, ſed pro uno & eodem teſtamento in hoc argumento haberi, ſicut & in pleriſque aliis L. patris 20. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Hinc eſt, quod cum primis tabulis ſeu patris teſtamento, Titio fundus Sempronianus legatus ſit, & ſecundis tabulis, id eſt filii teſtamento idem fundus Mævio, Titius & Mævius concurſu partes habeant, & alter ad alterius deficientem portionem admittatur. L. coheredi 41. §. coheres & ibi Gothofr. ff. de vulg. & pupill. L. plane 34. §. ſed ſi in pupillari ff. de leg. 1.

Requiſitum quartum.

Quarto non ſatis eſt, ſi unus idemque teſta-

teſtator pluribus eandem rem ex eadem cauſa relinquat, ſed neceſſe præterea eſt, ut ab iiſdem perſonis relinquat. Nam ſi à diverſis hæredibus eandem rem reliquerit, perinde erit, atque ſi diverſis teſtamentis eadem res relicta eſſet L. quid ergo 53. §. ſi quis duos, ff. de legat. 1. & conſequenter non videntur ad eandem rem vocari, ſed ad diverſam: Mutatio enim perſonarum, cum quibus ſingulis ſuo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit L. ſi cum uno 22. ff. de except, rei judic. unde fit ut inter eos I. A. non ſit. ubi reſpondit I Ctus Papinian. in L. pen. ff. de uſufr. adcreſc. Cum ſingulis ab heredibus, ſingulis ejuſdem rei fructus legatur, fructuarii ſeparati videntur, non minus quam ſi æquis portionibus ejuſdem rei fructus legatus fuiſſet, unde fit ut inter eos I. A. non ſit.

Requiſitum quintum & poſtremum.

Poſtremo requiritur ut alter ex con-

junctis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

junctis in nanciſcenda portione deficiat. Dicitur autem hæres vel legatarius deficere, vel ſtatim ab initio faciendi teſtamenti tempore, ut ſi ei relictum fuerit, qui in rerum natura non erat, quod relictum olim pro non ſcripto habebatur L. unic. §. & cum triplici C. de Caduc. toll. vel poſt factum teſtamentum vivo adhuc teſtatore, morte ſcilicet naturali hæredis aut legatarii, vel defectu conditionis, & dicebatur in cauſa caduci eſſe d. §. & cum triplici. Vel mortuo teſtatore, ut ſi coheres, vel collegatarius, qui in ea cauſa extitit ut capere poſſet, hereditatem vel legatum repudiavit, vel morte, aut qua alia ratione impeditus eſt quo minus adiret, & proprio nomine Caducum nuncupabatur. Ex Iuſtiniani vero conſtitutione quomodocunque pars rei legatæ deficiat, etiam ſi pro non ſcripta ſit, juxta regulam juris adcreſcendi ad collegatarium pertinet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

net, & iis accedit, qui ſuas agnove-
runt. His tamen exceptis quæ ut in-
dignis auferuntur, quæ ſicut olim,
ita hodierno jure ad fiſcum perti-
nent. Intacta enim ea jura Iuſtinian.
remanere voluit d. L. unica §. &
primo, & §. quæ ante. Duaren. de
Iure adcreſc. lib. 1. cap. 18. Myn-
ſing. ad §. ſi eadem res, num. 13. &
ſeqq. Inſtitut. de legat.

CAP. VIII.

De perſonis & Rebus circa quas J. A. verſatur.

In hereditatibus legitimis.

V*Erſatur* I. A. *Primo* in heredita-
tibus legitimis, quæ extra ca-
ſum ultimæ voluntatis, Lege XII.
tabularum deferuntur. Itaque ſi ex
duobus filiis, unus legitimam here-
ditatem adierit, alter repudiaverit,
ei qui adiit portio adcreſcit L. 1. §. ſi
nemo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nemo ff. ad S C^tum Tertillian. L. ſi ex pluribus ff. de ſuis & legit. hered. in quam Legem vide Cuiac. lib. 12. obſ. 11. explicantem collationem heredis legitimi, & inſtituti in adquirenda portione coheredis non adeuntis, quæ defuncto non adcrevit.

In hereditatibus teſtamentarijs.

Secundo in hereditatibus teſtamentariis, & cum tantum unus heres ad hereditatem vocatus eſt, & cum plures. Quanquam ſi quis preſſius & partite loqui velit, de I. A. niſi inter duos vel plures quæri poſſit, Papilon. de I. A. pag. 14. In uno herede I. A. ſpectatur, cum is aliquam partem habere voluit, quia unam hereditatis partem agnoſcendo ſtatim ex aſſe heres efficitur, ut eſt in L. ſi ex aſſe ff. de hered. inſtit. & cæteræ partes quæ heredem non habent accedunt & adcreſcunt. Neque hic intereſt inquit Donell. lib. 7. com-

ment.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ment. cap. 12. utrum hæres ex aſſe inſtitutus ſit, an ex re certa, nullo dato coherede. Nam hoc caſu cum ex re certa aliquis ſolus inſtitutus eſt. Exempli gratia. *Ex fundo Semproniano valet* inſtitutio detracta fundi mentione, ut ſcribit Vlpian. in L. 1. §. ſi ex fundo ff. de hered. inſtit. vel ut apertioribus verbis Papin. expreſſit in L. coheredi §. ult. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. heres tali modo inſtitutus bonorum omnium hęreditatem obtinet. Nec illud rurſum intereſt, utrum ſemel hæres ex aſſe inſtitutus ſit, an vero ſæpius ex diverſis partibus L. ſi ſolus 80. ff. de adquir. hæred. Et in diverſis partibus, utrum ex omnibus pure, an ex quibuſdam pure, ex quibuſdam ſub conditione, quoniam ſi ex pura adierit, etiam pendente conditione alterius hæres erit L. cum hæres 52. §. ult. ff. d. tit. Ratio ibidem ſignificatur, quod fruſtra expectaturis eventus, ubi condi-

tio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tio etiam deficiens nihil obſtet, quominus ea portio hæredi adquiratur. In pluribus hæredibus cum omnibus ad hereditatem vocatis, deficientum partes adcreſcunt iis, qui ſuas agnoverunt, in qua ſpecie proprie I. A. intelligitur.

Frequentiſſime quæritur, inſtituto hærede ex certa re, alio ex aſſe adſcripto hærede, ſi forte contingat hęreditatem ab hærede ex aſſe ſcripto repudiari, ille Ius adcreſcendi poſſit habere. Et quamvis Bartol. ad L. quoties 13. C. de hered. inſtituend. quem interpretes Caſtr. Alexand. Iaſon. Sichard. & alii ſequuntur dicat neque hæredis, neque legatarii loco haberi eum, qui ex certa re inſtitutus eſt, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituere heredis ex certa re ſcripti, & ideo illi I. A. competere per L. 1. §. ſi ex fundo ff. de hered. inſti. Verius tamen eſt I. A. tali inſtituto non competere Anton. Fab.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

de err, Pragm. dec. 15. err. 5. & Cod. Fabr. lib. 6. tit. 3. definit 1. itemque tit. 6. definit. 4. Papil. d. lib. ſing. pag. 19. Quia certum eſt, ex re certa inſtitutum, quoties alii unus pluresve ex aſſe ſcripti ſunt, pro legatario haberi, ut eſt text. in d. L. 13. C. de hered. inſtit. Si pro legatario, ergo non pro hærede, quia toto genere differunt hæres & legatarius, conſequenter ſive hæres ex aſſe ſcriptus hereditatem repudiaverit, ſive ante agnitam hereditatem deceſſerit I. A. non poteſt habere, qui ex certa re inſtitutus eſt, ut hæres ex aſſe exſiſtat. Quippe qui ſemper etiam inde ab initio, ex quo teſtamentum factum eſt loco legatarii coepit haberi, inter heredem autem & legatarium, nullum Ius adcreſcendi locum habet propter L. ſed cum patrono 6. ff. de bonor. poſſeſſ. ſupra in ſecundo requiſito allegatam. Nec reſiſtit d. L. 1. §. ſi ex fundo, in qua illud ſolum docetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

cetur. Si ex fundo fuerit aliquis inſtitutus, valere inſtitutionem detracta fundi mentione, quod veriſſimum eſt. Cum enim nullus alius coheres datus eſt, fieri non poteſt, ut qui ex certa re inſtitutus eſt, loco legatarii habeatur; itaque detracta rei particularis mentione univerſam hereditatem conſequitur. At nos de illo non diſputamus, ſed de hærede qui certarum rerum hæres ſcriptus eſt, ſed cui coheres univerſitatis, vel partis datus eſt, Hoc caſu ſive heres univerſitatis hæreditatem repudiaverit, ſive alio modo defecerit I. A. denegatur.

In bonorum poſſeſſionibus.

Tertio I. A. locum habet in bonorum poſſeſſionibus L. 3. §. ult. ff. de bonor. poſſ. quoniam bonorum poſſeſſiones ſimiles ſunt hæreditatibus, quos enim Prætor vocat ad hæreditatem, hæredes quidem ipſo jure non fiunt: nam Prætor hæredem facere non poteſt ſed cum eis dat bonorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

poſſeſſionem loco hæredum conſtituuntur tit. Inſtit. de bonor. poſſ. & vice hæredum in omnibus habentur L. 2. ff. d. t. Imo quandoque appellatione hæredum continentur L. in conditionibus 19. §. ſi patronus ff. de condit. & demonſtr. Nam revera & effectu hæreditatem habent, quia emolumentum ſucceſſionis videtur eis Prætorio jure quæſitum eſſe L. bonorum 7. in fin. C. qui admitti ad bonor. poſſ.

In querela inofficioſi teſtamenti,

Quarto in querela inofficioſi teſtamenti L. ſi ponas 23. §. ult. ff. de inoff. teſtam. quoties prioris gradus perſona non admittitur, aut admitti ſperatur. Idem dicendum ſi per repudiationem, juſtam exhæredationem aut per ſententiam, vel etiam tempore excludatur L. pater filium 14. L. qui repudiantis 19. d. L. 23. §. ult. d. t. Cum enim his caſibus eveniat, ut qui excluſus eſt, partem non faciat,

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nec ſequentes in gradu excludat, non magis quam ſi ipſe in rerum natura non eſſet d. L. pater filium, prodeſt ea res cæteris, qui in lite, hoc eſt querela perſeveraverint, & hæreditatem evicerunt, ut ampliorem portionem conſequantur, non alio quam adcreſcendi jure. Occaſione prædictorum deciditur quæſtio jam olim magnis contentionibus inter nobiles Iuris interpretes agitata. Defuncto filio ſuperſtite matre, item ſuperſtitibus duobus fratribus, & extraneo hærede inſtituto, non turpi perſona, Legitimam matris eſſe tertiam totius hæreditatis, non tertiam tertiæ. Præcipua ratio eſt quod fratres qui fratris teſtamento, à legitima ipſius ſucceſſione ſunt excluſi in computatione legitimæ non numerentur, ſed pro non exiſtentibus habeantur, uſque adeo ut nec hæreditatem obtinendi ſpem ullam habeant ita Bartol. ad Authent. Noviſſima C. de inoff.

 teſtam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

teſtam. Salic. ibid. Caſtrenſ. in L. plane 34. §. ſi duobus ad fin. ff. de leg. 1. Anton. Rub. in tract. de querel. inoff. teſt. cap. 13. per totum. Diſſentit Bartol. ad d. L. plane Anton. Fab. de error. pragm. decad. 15. error. 4. quamvis fateatur rationes quibus Bartol. movetur, ſibi nunquam placuiſſe, Se autem una illa ratione moveri, quod legitima nihil aliud ſit, quam certa ſtatutaque portio, partis hæreditariæ ab inteſtato contingentis. Atqui mater ſuccedens cum duobus fratribus non totam hæreditatem obtineret, ſed æqualem duntaxat cum fratribus portionem Authent. defuncto C. ad S C^{tum} Tertyll. Igitur non trientem totius hæreditatis debet habere, ſed trientem trientis. Verum pro communi opinione reſpondetur, in ſpecie propoſita legitimam matris eſſe tertiam totius hæreditatis, quia totus triens, qui inter matrem & fratres dividi deberet, ſi

illi ad legitimam admitterentur, excluſis iis per honeſti extranei hæredis inſtitutionem, ad ſolam matrem pertinet, ut non tantum portionem, hæreditariæ portionis ab inteſtato debitæ poſſit vindicare, ſed virilem, id eſt, totum trientem jure adcreſcendi devolutum, ideo, quod præteritio fratrum pro exheredatione habeatur, exheredatio vero matri proſit, ut cæterorum portiones conſequatur d. L. pater filium.

In legatis.

Deinde I. A. locum habet in legatis quando teſtator eandem rem, ſeu ſpeciem eodem teſtamento duobus vel pluribus conjunctim, vel disjunctim legavit, & unus collegatariorum deficit, probatur d. §. ſi eadem Inſt. de legat. & aliis textib. ſupra allegatis. Hoc loco duo quæruntur.

Quæſtio Prima.

Primum eſt de Conjunctis Re & *verbis* ſimul, *utrum ab initio partes faciant,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

riant, an concurſu. Sane conſentiens fere vox eſt, Conjunctos Re & *verbis* ab initio ſolidum habere, concurſu, ſi uterque in legato agnoſcendo concurrat partes facere text. in d. §. ſi eadem, & in d. L. unic. §. ubi autem C. de caduc. toll. quibus locis Imper. docet, Si eadem res duobus legata ſit, ſive conjunctim ſive disjunctim, ſi ambo perveniant ad legatum, ſcindi inter eos legatum, ut ex alterius concurſu minuatur. Si ab initio partes habuiſſent non poſſet dici, collegatario ſuperveniente partem à priore abſtrahi, & inter eos legatum ſcindi. Sed opponuntur ſequentes leges. L. ſi duobus 16. in pr. L. plane 43. §. ſi conjunctim L. hujuſmodi 84. §. ſi Titio ff. de leg. 1. L. ſi Titio 7. L. ult. §. Seio ff. de leg. 2. quæ probāt eadē re duobus conjunctim legata partes ab initio fieri contra d. L. 16. §. fin. de leg. 1. L. conjunctim 80. de leg. 3. Reſpondeo. Hæc proculdubio ſcripta

ſunt

ſunt addifferentiam legatorũ damnationis & vindicationis, ex mente Iuris auctorũ, quorum reſponſa ante Conſtitutionem Iuſtiniani obtinebant, & in Pandectas relata ſunt, quod eadem re duobus per damnationem legata, ſi quidem conjunctim, ſingulis ab initio partes debeantur, per vindicationem autem legata ſolidum, & tum demum concurſu partes faciant Vlp. in fragm. Inſtit. tit. de legat. 24. §. 11. & 12. Et hanc differentiam olim obſervatam fuiſſe, indicat d. L. 16. in pr. juncto §. ult. niſi enim prior pars legis de damnationis legato intelligatur, cum §. ult. pugnabit, & nullo modo poterit conciliari. At Iure novo, ſublata à Iuſtin. differentia legatorum §. 1. Inſtit. de legat. hæc regula de Re & *verbis* conjunctis ſtatuenda eſt, *Solidum ab initio habere, concurſu partes facere.* vel ut loquitur Iuſtinian. in d. §. ſi eadem, ſcindi inter eos legatum. Cuiac. ad

d. tit. C. de caduc. toll. non procul à fine. Goedd. d. L. triplici 142. num. 12. Giphan. ad d. §. ſi eadem. Papilon. de I. A. Aliter reſpondet Fachin. lib. 4. controv. cap. 94. etiam Iohann. Suevius de I. A. lib. 2. cap. 3. Diſſent. Zaſ. ſingul. reſpons. lib. 1. cap. 18. Illud hoc loco notatu dignum eſt, quod docet Govean. d. tract. de I. A. num. 5. & 7. aliud eſſe partes ab initio facere, aliud partes ab initio habere, partes faciunt Re & *verbis* conjuncti, partes habent *verbis* tantum conjuncti Goveani verba ſunt. Qui partes faciunt ab initio, partes non habent. ut autem Ius adcreſcendi excludatur, neceſſe eſt partes habere ab initio legatarios, ut habent qui verbis duntaxat conjuncti ſunt, L. re conjuncti de leg. 3. facere autem ab initio partes eò dicuntur qui re & verbo conjuncti ſunt, non quia pro parte ab utroque legatum vindicetur; nam ſolida res ſingulis legatur.

gatur. Sed quia concurſu, hoc eſt utroque in ſolidum vindicante legatario res inter eos ſcinditur, L. conjunctim ff. de legat. 3. L. plane §. ſi conjunctim de legat. 1.

Quæſtio II.

Alterum quæſitum eſt. *An Ius* Adcreſcendi inter omnes conjunctos locum habeat. Et quidem inter conjunctos Re tantum, item conjunctos Re & *verbis* ſimul hoc jus locum habere, probat text. in d. §. ſi eadem, in quo tantum duo conjunctionis modi proponuntur, tertio qui eſt de *verbis* prætermiſſo, & reſpondetur Si alter deficiat, quia aut ſpreverit legatum, aut vivo teſtatore deceſſerit totum ad collegatarium pertinet L. 3. ff. de uſufr. adcreſc. in verb. Toties I. A. eſt, quoties à duobus qui in ſolidum habuerunt concurſu diviſus eſt. d. L. unic. §. 11. C. de Caduc. toll. Specialiter vero de conjunctis Re tantum L. re conjunctim 89. ff.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

de legat. 3. L. ſi ſeparatim 29. ff. de condit. & demonſtr. *De Mixtim* conjunctis L. 6. §. ult. L. 7. ff. de uſu & uſuf. leg. Olim tamen etiam inter hos conjunctos diſtingui oportuit inter legata vindicationis & damnationis ſecundum ulp. in d. tit. 24. §. 11. nam in vindicationis legatis juri adcreſcendi locus erat. In damnationis non erat, ſed portio deficiens manebat ejus à quo legatum erat. Et ratio in damnationis legatis fuiſſe videtur, quod hæres dare damnatus, ſingulis diviſim dare damnatus videretur. Hinc eſt quod in Pandectis Leges, quibus eadem re duobus conjunctim vel disjunctim legata Iuri adcreſcendi locus eſſe dicitur, de vindicationis; Leges vero quibus negatur, de damnationis legatis intelligendæ ſint L. ſi duobus 16. in pr. L. plane 34. §. ſi conjunctim L. hujuſmodi 84. §. ſi Titio ff. de leg. 1. L. ſi Titio 7. L. ult. §. Seio ff. leg. 2.

Dicet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Dicet aliquis Iuſtinianus omnia quæ in Pandectis ſcripta ſunt, ſua fecit, L. 1. §. omnia & L. 2. §. tanta C. de vet. jure enucleando. Ergo etiam in Pandectis, quæ ex Iuſtiniani confirmatione ſuam auctoritatem habent, nihil debet eſſe contrarium, juxta affirmationem Iuſtiniani in d. L. 2. §. contrarium. Reſpondeo ſublata Iuſtiniani conſtitutione differentia quæ olim obſervabatur, ex mente & ſententia Imperatoris ita ſtatuendum eſſe. Eadem re duobus, ſive conjunctim, ſive disjunctim relicta, deficientis portio collegatario accreſcit, qui ſuam portionem agnovit, & ſic tota ad eum pertinet per text. in d. §. ſi eadem, & in d. L. unic. §. 11. C. de Caduc. toll. QVod autem quibuſdam locis contrarium dicitur, antiquitatis cognoſcendæ cauſa duntaxat refertur, ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, argumento §. 1. Inſt. de teſtam. ordin. ac proinde hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

contraria eſſe dici non poteſt, cum alterum eorum jure novo ſit ſublatum. Concordat Doctiſſimus Timæus Faber ad Inſtit. diſput. 20. theſ. 9. & 10.

De verbis conjunctis dubia quæſtio eſt, & in qua plura utrimque adferri poſſunt. Si dicamus Ius adcreſcendi locum habere hæc erunt hujus ſententiæ munimenta.

Primum. Teſtator ex ipſo quod legavit cenſetur noluiſſe hæredum ut res eſſent, L. ult. C. de comm. ſervo manumitt. ut ſi vel unus collegatariorum ſuperſit qui capere poteſt, hæredes ex tacita voluntate defuncti excludantur.

Secundum ex L. plane 34. in pr. ff. de leg. 1. quod verbis conjuncti unius perſonæ vice funguntur.

Tertium, quod in hæredibus adjectio verborum pro æquis partibus: non impedit quo minus deficiens portio ad coheredem pertineat Anton.

ton. Fab. d. decad. 49. err. 2.

Quartum, argumentis non eſt opus, ubi expreſſe aliquid cautum reperitur. Decidit autem hanc quæſtionem I C^tus in L. ſi duobus 16. §. 2. ff. de leg. 1. in qua non tantum qui verbis & re conjunctus eſt, ſed etiam cui virilis pars data eſt, hoc eſt qui verbis tantum L. 142. ff. de verb. ſignif. totum vindicare dicitur. Sic etiam I C^tus in L. re conjuncti 89. ff. de legat. 3. ubi diſputat de jure prælationis, & docet, verbis conjunctos re conjuncto præferri. De jure autem prælationis diſputari non poteſt, niſi præſuppoſito jure adcreſcendi quod inter re conjunctos ſervatur d. §. ſi eadem.

Imperator Iuſtinianus in d. L. unic. §. his ita 10. &. §. ubi autem cum ſeq. C. de caduc. toll. ubi generaliter & indiſtincte conſtituit, ut pars legati quoquo modo deficiens conjuncto adcreſcat, iis ſolum exceptis,

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quæ ut indignis auferuntur & fiſco applicantur.

Sexto facit reſponſum Scævolæ in L. pater filium 38. §. filiam ff. de leg. 3. ubi teſtator filia hærede inſtituta ſcripſerat, Veto autem ædificium de nomine meo exire, ſed ad vernas meos quos hoc teſtam. nominavi, pertinere volo: defuncta poſt patrem filia, item defunctis vernis quibus eodem teſtamento libertas erat relicta, uno tantum ſuperſtite, qui ſolus fideicommiſſum petebat, reſpondit Scævola ad hunc virilem partem pertinere, hoc eſt totum, quemadmodum poſt Accurſ. explicat Bartol. cæterique omnes Interpretes per L. cum pater 77. §. hæreditatem filius ff. de leg. 2. L. intercidit 59. L. eum qui poſt apertum 104. ff. de condit. & demonſtr. quibus docetur in fideicommiſſo, quale hoc eſt, inſpiciendum eſſe tempus evenientis conditionis, ut nimirum ſuperſtes totum

pete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

petere poſſit.

Poſtremo L. Mævio 41. in princ. ff. de leg. 2. in qua teſtator ita dixit, Mævio fundi partem dimidiam, Sejo partem dimidiam lego, Eundem fundum Titio lego, Si Sejus deceſſerit (inquit Iavolenus) pars ejus utrique adcreſcit.

His etiam accedat Interpretum noſtrorum auctoritas, quos frequentes ire in hanc ſententiam teſtatur Michael Graſſ. in §. Ius adcreſcendi quæſt. 8. num. 4. quibus adde Duar. de jure adcreſc. lib. 1. cap. 10. verſ. de his qui verbis tantum, Donell. 7. comm. cap. 13. & ad L. 5. §. fin. ff. de reb. dubiis Coſtal. ad. L. 1. ff. de uſufr. adcreſc. Goedd. ad d. L. triplici 142. ff. de verbor. ſignif. num. 10. Mynſinger. ad d. §. ſi eadem num. 12. In contrarium tamen hæc adferuntur.

Primum eſt in §. ſi eadem Inſtit. de legat. in quo §. tantum duo conjunctorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ctorum modi proponuntur, eorum qui ſolum re, & qui re & verbis conjunguntur, tertius modus omittitur, quod ideo videtur Iuſtinian. feciſſe, ut oſtenderet ejus nullum uſum eſſe aut eſſe poſſe. Nam ſi aliud jus obtinuiſſet, nulla difficultas fuiſſet de verbis conjunctis eadem diſponere.

Secundum. Ratio in d. L. plane 34. §. ſi conjunctim ff. de legat. 1. quia teſtator nominatim partes diſtinxit, ut non opus ſit, quærere an ſolidum ab initio habeant, an vero concurſu partes faciant, & deficiente altero totum ad collegatarium pertineat.

Tertium. neque jus neque ratio patitur, ut in ea re, quæ ex teſtatoris voluntate proficiſcitur, plus tribuamus verbis conjunctis quam teſtator voluit L. debitor 59. in fin. princ. L. facta 63. §. ſi ſub conditione ff. ad S C^tum^ Trebell.

Quartum. L. penult. §. fin. ff. de uſufr.

uſufr. adcreſ. in verbis, non minus quam ſi æquis partibus duobus ejuſdem rei fructus legatus eſſet. Nam ſcribit I Ctus, propter adjectionem illam *æquis partibus*, eſſe ſeparatos, indeque fieri ut inter illos Ius adcreſcendi non ſit.

Quintum L. 3. ff. de uſufr. adcreſc. in qua regula proponitur, Toties Ius adcreſcendi eſt, quoties in duobus qui in ſolidum habuerunt concurſu diviſus eſt.

Sextum & ultimum L. Et proculo 20. ff. de leg. 2 qua negat I Ctus locum eſſe Iuri adcreſcendi inter eos, quorum ſervo communi aliquid legatum eſt, quos verbis conjunctos eſſe negari vix poteſt Anton. Fab. d. decad. 49. err. 3.

Vt autem prior ſententia ſuos habet aſſertores, non deſunt quoque qui hanc tuentur, quique eos refellunt qui affirmare auſi ſunt, alteram opinionem eſſe veriorem, & legibus

magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

magis amicam Cuiac. lib. 15. obſ. 4. & lib. 24. obſ. 34. Govean. in tract de Iure adcreſc. num. 26. & lib. 1. adimadverſ. ad. L. re conjuncti de legat. 3. Anton. Fab. lib. 6. conject. cap. 1. & in error. pragmat. decad. 49. err. 4.

Et ſane illius ſententiæ fundamenta his reſponſionibus ſubvertuntur, Nam quod primo loco dicitur, teſtatorem eo ipſo quod legavit noluiſſe hæredum ut res eſſent ſed ad collegatarium pertinerent, ſumitur ex tacita voluntate qua in hac conjunctione nec uſus nec eſſe poteſt, quia teſtator nominatim partes diſtinxit, ideoque non eſt opus quærere an partes fiant, an vero totum ad collegatarium pertineat, nam certum eſt non pertinere propter expreſſam teſtatoris diſtributionem.

Quod ex d, L, plane 34, ſecundo loco proponitur, conjunctos verbis unius perſonæ vice fungi, id verum non

non eſt neque d. L. probatur. Agit enim d. L. plane, ut etiam lex præcedens ex qua d. L. 34. dependet de conjunctis & ſeparatis, hoc eſt de conjunctis re & verbis ſimul, & conjunctis re tantum, & oſtendit, Si inter ſe commixti ſint mixtim conjunctos, adverſus ſeparatos unius perſonæ poteſtate fungi, id eſt, ipſis ambobus præſtari quod uni ſeparato præſtaretur, ut, ſi iſti tres, puto duo re & verbis conjuncti, & unus re conjunctus in legato concurrant, non tres partes, pro numero perſonarum fiant, ſed tantum duæ, quarum unam Primus & Secundus conjuncti ferent. Tertius ſolus tanquam à cæteris oratione disjunctus tertiam auferet.

Ad tertium argumentum reſpondeo, differentiam evidentem eſſe hac in parte inter hæredes & legatarios, Deficiens portio coheredis accreſcit coheredi etiam disjuncto & omnino

ſepa-

ſeparato L. liber homo 59. §. cum quis L. hæredes 63. ff. de hæred. inſtit. non tam ex voluntate teſtatoris, quam ex neceſſitate juris, illa ratione, quod abſurdum eſt teſtatorem pro parte repræſentari. At inter legatarios pendet hoc jus ex voluntate teſtatoris, qui potuiſſet non verbis ſed re conjungere, ſi voluiſſet, quare nulla neceſſitatis ratio cogit inter legatarios verbis conjunctos jus adcreſcendi inducere, cum deficientis portio æq; commode apud her. poſſit remanere.

Ad L. 16. in fin. reſpondet Anton. Fab. decad. 49. err. 5. ſpecialem eſſe caſum ſi Titio & poſthumis legatum ſit. Specialitatis ratio hæc eſt, quod in hoc legato teſtator licet viriles partes expreſſerit, ea tamen voluntate ſit, ne aliter velit poſthumos partem facere, quam ſi naſcantur. Semper enim legatum poſthumo relictum tacitam conditionem in ſe continet, Si naſcetur, quia partus non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nondum editus homo non recte dicitur, L. 9. ff. ad Legem falcid. & quia incertum eſt, quænam poſſit eſſe portio poſthumi, propterea quod plures naſci poſſunt L. ſed etſi 28. §. ult. ff. de judic. L. 3. ff. ſi pars hæred. pet. quod aperte confirmat ICtus Cajus in L. 7. ff. de rebus dub. dum ſcribit, ita demum partem facere poſthumum, ſi natus eſt. Si vero natus non ſit eum minime partem facere.

Ad argumentū quod ducitur ex L. re conjuncti 89. ff. de leg. 3. Reſpondetur tractatum de jure accreſcendi longe diverſum eſſe à tractatu de jure prælationis, etſi enim de jure prælationis diſputari non poſſit, niſi præſuppoſito jure adcreſcendi, non tamen omnia quæ de jure adcreſcendi diſputantur, poſſunt accommodari ad jus prælationis, nec è contra.

De jure accreſcendi quæritur etiam cum duo tantum ſunt, quorum alter

partem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

partem ſuam omiſit. At de jure prælationis diſputari non poteſt, niſi inter tres vel plures, quippe neceſſe eſt unum eſſe qui deficiat, de cujus portione diſputetur cui adcreſcat. unde fit ut quamvis verbis conjunctus jus adcreſcendi non habeat, diſputetur tamen an habeat, quatenus cum re, vel re & verbis conjuncto concurrit. Nec enim novum eſt, ut quiſpiam aliquando habeat ut alius, quod ex ſe non habet argumẽto L. ſi paterfamilias 15. §. qui duos ff. de adopt. Ioan. Suevius de jure adcreſc. lib. 2. c. 3.

Ad L. unic. §. his autem 10. & §. 11. C. de Caduc. tollend. Reſpondeo loqui Iuſtinianum de hæredibus, itemque legatariis, quibus conjunctim vel disjunctim relictum eſt. Conjunctos autem per totam eam conſtitutionem eos ſolos intelligere, qui re & verbis ſimul conjuncti ſunt, non etiam eos qui verbis tantum, nec enim eo loco id egit Iuſtinianus ut

jus

jus adcreſcendi induceret inter conjunctos verbis tantum, cum de iis nihil diſponat Gloſſ. ad d. §. his ita Gothofred. in notis ibidem.

L. pater fundum §. filiam ff. de leg. 3. hoc modo ſolvitur. Et ſi interdum virilis appellatio ex re integrum & ſolidum ſignificare poteſt, ut in L. 2. C. de hæred. inſtit. in qua ſi Titius hæres eſſe non poſſit, Sejus virilis appellatione totum conſequitur: quia quicquid Titius non adquirit, vel non potuit adquirere teſtator tacite voluit adeuntis portionem augere, tamen id eſſe minus proprie, nam proprie vox *virilis* ad numerum relata, ſignificat *æquales portiones* quæ pro perſonarum numero & in capita conſtituuntur, ut tot fiant quot & ſunt perſonæ. L. 1. §. nunc tractemus ff. de tut. & rat. diſtrah. L. Paulus reſpondit 43. ff. de re judicata. d. L. unic. §. ſin autem legatarii C. de caduc. toll. L. virilis 8. ff. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

leg. præſt. quia nominum nuncupatio viriles partes facit, perinde ac ſi ſingulis ab initio diviſim adſcriptæ fuiſſent L. ſi hæredes 124. ff. de leg. 1. L. 7. ff. de leg. 2. L. uxorem 41. §. agri. ff. de leg. 3. L. nonnunquam ff. ad S C^{tum} Trebell. & hoc ſenſu in d. §. filiam recte accipienda eſt vox virilis de portione æquali: quia teſtator ſe retulit ad nomina vernarum teſtamento expreſſa, atque ita omnibus nominatim legaſſe videtur, conſequenter inter eos jus adcreſcendi noluit obtinere, Cuiac. lib. 15. obſ. 4. vide Anton. Fabr. decad. 49. err. 6.

Ad L. Mævio 41. in princ. ff. de leg. 2. Reſpondet poſt Govean. de jure adcreſc. num. 15. Anton. Fab. d. decad. 49. err. 8. cujus reſponſioni lubens adquieſco. Mævio & Titio adcreſcere partem Sei vacantem non ex ea cauſa, quia Mævius Seio verbis conjunctus fuit, nam aperte repug-

nat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nat quod ſcribit IC[tus] Iavolenus, ſeparatim partes fundi & totũ fundum legatum eſſe, ſeparatim inquam non tantum re, ſed & verbis, quia nec nominum nexus eos conjungit, nec in eandem dimidiam vocantur, ſed primus in unam, ſecundus in alteram, verum ob rationem aſſignatam ſupra ad d. L. re conjuncti, quotieſcunque duobus re disjunctis conjungitur tertius re tantum, facit ille concurſus, ut qui ab initio non adjecto tertio omnino re & verbis disjuncti erant, ex poſtfacto re conjuncti reperiantur, per reductionem (quam fieri neceſſe eſt) ambarum partium quæ ſingulis fuerant legatæ, ad eam portionem ſolam, quæ unicuique eorum data erat, adde Cuiac. lib. 24. obſerv. 35.

Hæc cum ita ſint veriorem puto hanc poſteriorem ſententiam verbis conjunctos non habere jus adcreſcendi, quæ colligitur partim rationi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

bus, partim textibus ſupra allatis.

His ita expeditis ſupereſt, Paulum in d. L. re conjuncti ſecuti, ut de Prælatione horum conjunctorum quædam dicamus, quæ res dependet ex vero ſenſu ejus legis. Præfertur igitur inquit Paulus omnimodo cæteris qui re & verbis conjunctus eſt. Sumamus exemplum, Primo & Secundo fundum Tuſculanum do lego, Tertio fundum Tuſculanum do lego, Quarto fundum Tuſculanum do lego, Quinto & Sexto eundem fundum ex æquis partibus do lego. In hoc exemplo tria iſta genera conjunctorum reperiuntur. Primus & Secundus re & verbis ſunt conjuncti: ſunt enim eadem oratione teſtatoris non expreſſis partibus ad eandem rem vocati. Tertius & Quartus inter ſe ſeparati ſunt, quandoquidem verbis conjuncti non ſunt, ſed tantum conjuncti re. Quintus & Sextus verbis tantum conjuncti dicuntur, hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

hoc ſenſu, quod non eundem fundum Tuſculanum, ſed partes æquas ejuſdem fundi conſequantur. Si omnes ad legatum veniant, facilis eſt noſtrorum conſenſus; quod ſi nonnulli non agnoverint legatum, ſed portiones ſuas repudiaverint, major eſt diſſenſus. Et quidem ex ſententia Pauli, Si Primus non agnoverit, ejus portio ſoli Secundo adcreſcet; quia ſolus cum Primo re & verbis conjunctus eſt. Si Quartus defecerit, non ſoli Tertio, ſed cæteris omnibus vacans portio adcreſcet, quia par eſt hic omnium cauſa, nam omnes re communi vinculo conjunguntur. Si Quintus nolit aut non poſſit agnoſcere legatum, ejus portio re conjuncto non adcreſcet, ſed ſoli Sexto. Sic enim Paulus ait, *Si vero verbis conjunctus ſit, re autem non, quæſtionis eſt an conjunctus*; ſcilicet verbis, *potior* ſit, & *magis eſt ut & ipſe præferatur.* Ratio eſt, quia etſi ab initio verbis tantum

à teſtatore conjunctus ſit, tamen nunc cum de prælatione diſputatur nuda verborum conjunctione ſublata, ſive demtis partibus etiam re incipit conjunctus eſſe, propter concurſum Tertii quem teſtator verbis tantum conjunxit, quare mirum non eſt ſi præferatur ei qui re tantum conjunctus eſt, Govean. de Iure adcreſc. & lib. 1. animadverſ. ad d. L. re conjuncti ff. de legat. 3. Anton. Fab. dict. decad. 49. err. 7. Iohan. Suevius de jure adcreſc. lib. 3. c. 1. Eadem quoq; fuit reſponſio Andr. Alciati ad L. triplici 142. ff. de verb. ſignif. num. 6. verba hæc ſunt. At qui verbis tantum jungitur, eum excludit qui ſolum re conjunctus eſt: cum enim verbis conjuncti ad eandem rem, licet certis portionibus, vocati ſunt, portionum illarum à teſtatore mentio facta videtur reſpectu conjunctorũ inter ſe, qui unum corpus cenſentur: unde ſi eorum aliquis excluditur perinde cæteri

admit-

admittuntur ac ſi quoad eum mentio nulla fuiſſet facta, conjunctique illi non verbis ſolum, ſed & re forent, quapropter qui re ſolum conjunguntur, ab eis excluduntur, vide etiam ad expoſitionem d. L. re conjuncti Cuiac.lib.24.obſ.34. Duar.li.2.de jure adcreſc.c.7.Donell.lib.7.comment. cap.13.Fachin. lib.4. controverſ. c. 99. Opponitur L.ſi ita quis 66.ff.de hæred. inſtit.ubi teſtator ita hæredes inſtituit, Titius hæres eſto, Caius & Mævius ex æquis partibus hæredes ſunto, hoc eſt Primum conjunxit re tantum, Secundum & Tertium verbis tantum, & ait Pomponius, Si quis ex his decedat non alteri ſoli pars adcreſcit, ſed omnibus coheredibus pro hæreditariis portionibus. Reſponſio: loquitur I C[tus] in obſcura teſtatoris voluntate, quando non conſtat an teſtatoris mens fuerit, ſeparatim eos verbis inſtituere. Licet enim particula, Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

conjunctionem faciat, ideoque Cai deficientis portio, non videatur ad Titium pertinere, tamen quia in Titii inſtitutione nullas partes teſtator expreſſit, videtur non tam conjunxiſſe Caium & Mævium quam celerius dixiſſe & omnes uno & eodem loco habuiſſe.

Hactenus fuerunt, hereditates, bonorum poſſeſſiones, querela inofficioſi teſtamenti & legata, in quibus jus adcreſcendi locum habet.

In donationibus cauſa mortis.

Sequuntur *Donationes mortis cauſa*, de quibus quæritur, *utrum Jus adcreſcendi admittant.* Negat Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 48. err. 10. Affirmat Bartol. ad d. L. re conjuncti, n. 69. Iaſon ibidem, & alii multi quos commemorat Michael Graſſ. lib. ſentent. 1. §. donatio mortis cauſa quæſt. 16. ubi teſtatur hanc ſententiam frequentiori calculo eſſe receptam, Gomeſ. variar. reſolut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſolut. tom. 1. cap. 10. num. 7. Duaren. de jure adcreſc. lib. 1. cap. 16, in princ. Eguin. Baro ad §. ſi eadem Inſtit. de legat. Fundamentum hujus ſententiæ eſt quod Iuſtinianus in L. unica C. de Caduc. toll. ubi tractat de Iure adcreſcendi inter legatarios & fideicommiſſarios inducendo, idem jus conſtituat in donationibus mortis cauſa, quæ inter ultimas voluntates referuntur §. ſin autem aliquid ſub conditione, in poſtremis verbis. Cum certum ſit & inſtitutionibus & in legatis, fideicommiſſis, & mortis cauſa donationibus poſſe ſubſtitui. &c. deinde §. ult. ubi generalius, ſcribit *Hæc omnia* locum habere cenſemus, tam in teſtamentis, ſive in ſcriptis ſive ſine ſcriptis habitis, quam in codicillis, & omni ultimo elogio, vel ſi quid ab inteſtato fuerit derelictum, nec non in mortis cauſa donationibus. Reſpondit Anton. Fab. in d. §. ſin autem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

donationes mortis cauſa non comparari legatis, & fideicommiſſis quantum ad Ius adcreſc. ſed quantum ad ſubſtitutionem vulgarem, ut donatione mortis cauſa ſubſtitui vulgariter poſſit, quod & ſcriptum eſt in L. ut hæredibus 50 ff. de legat. 2. Ad §. hæc autem omnia, Iuſtiniani ſententiam non illam eſſe, ut eadem in omnibus ratio ſit legatorum, & donationum mortis cauſa, ſed hanc potius, ut quæ de legatis conſtituerat, ne fierent caduca ſublata nimirum Lege Papia caducaria eadem etiam ad donationes mortis cauſa protraherẽtur, ſicut ante Iuſtinianum Lex Papia, quę de hæreditatibus & legatis tantum loquebatur ad mortis cauſa donationes extendebatur L. & fideicommiſſum 87. ff. de leg. 3. Verum hæc poſterior reſponſio minus placet, nã quod docet Iuſtinianum id potiſſimum ea lege agere, ut legem Papiam de Caducis tollat, cætera vero quæ de jure adcreſ-

creſcendi interſerit, magis per occaſionem, quam ex profeſſo tractare mihi non ſit veriſimile, & Iuſtinianus ipſe aperte refellit, nam cum in §. his ita definitis ſcripſiſſet in hæc verba, His ita definitis, cum in ſuperiore parte noſtræ ſanctionis in plurimis locis conjuncti fecimus mentionem, neceſſarium eſſe duximus omnem inſpectionem hujus articuli latius & cum ſubtiliori tractatu dirimere, Et in ſeqq. §. §. conjunctorum & disjunctorum materiam, quo ad jus adcreſcendi late & pulchre explicaſſet, adeo ut d. L. unica inter illas leges referatur, quibus potiſſimũ de Iure adcreſcendi agitur, tandem d. §. Hæc autem omnia, ſubjicit, præcedentia omnia locum habere debere, tam in teſtamentis, quam in codicillis & omni ultimo elogio, nec non in mortis cauſa donationibus. Omnia, nimirum quæ de Lege Papia, Conjunctis, Disjunctis, & Iure

adcreſcendi conſtituit, ut Daniel venat. in parat. Cod. ad d. tit. de caduc. toll. num. 18. in fine. Gothofr. in notis lit. h. Probo igitur ſuperiorẽ Bart. ſentẽtiã, in donationibus mortis cauſa, locum eſſe juri adcreſc. Movet me primo comparatio donationũ & legatariorum in L. ult. C. de donat. cauſa mort. & in §. 1. Inſtit. de donat. ub ſcribit Iuſtinianus à ſe conſtitutũ eſſe, ut per omnia fere legatis connumerentur, id eſt nonnunquam & in quibuſdam dicantur ſimiles contractibus, nonnunquam vero & fere in omnibus ultimis voluntatibus. Deinde eadem L. ult. C. de donat. cauſa mort. in verbis finalibus, Et omnes effectus ſortiatur quos ultimæ habent liberalitates. Tertio & ultimo text. in d. §. 1. Inſtit. de donat. quo docet Iuſtinianus, quod donator magis velit habere eum cui donat, quam hæredem ſuum. Ergo non velit ad hæredem reverti, ſed apud eos rema-

remanere quibus donatum eſt.

An in contractibus locum habeat.

Proximum eſt ut videamus *An in contractibus Jus adcreſcendi locum habeat.* Pro affirmativa quod in iis detur Ius adcreſcendi faciunt rationes. I° ubi eadem ratio eſt, ibi eadem juris diſpoſitio eſſe debet, Ratio qua jus adcreſcendi ſuſtinetur hæc eſt, quod nemo eandem rem pro parte probare, & pro parte poſſit improbare d. L. unica C. de Caduc. toll. Atqui illa ratio etiam in contractibus obtinet L. ſi cum 9. §. 1. verbis quia unus contractus eſt ff. de compenſat. L. cum quæritur 16. ff. de adminiſtr. tut.

II° in uſufructu Ius adcreſcendi valet tot. tit. ff. de uſufr. adcreſc. uſusfructus conſtituitur pactionibus & ſtipulationibus §. 1. Inſtit. de uſuf. L. 3. in princip. ff. eod.

III°. probat L. proprium 5. ff. comm. præd. L. fundus 64. ff. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

contrah. empt. exemplum legis tale eſt. Emi fundum mihi & Titio ignoranti, Titii perſona quia ſupervaceaneè adjecta eſt: nam per liberam perſonam nemini obligatio adquiritur, ſed ea tantum quæ ſunt juris naturalis veluti poſſeſſio L. ea quæ 53. ff. de adquir. rer. dom. ideo cogor totum fundum retinere jure nimirum adcreſcendi Fabian. de monte in tract. de emt. & vendit. parte 3. princip. quæſt. 12.

Sed his rationibus & legibus non obſtantibus, verior eſt negativa ſententia, quæ his fundamentis ſtabilitur.

I. jus adcreſcendi inductum eſt lege duodecim tabularum, per quam hæreditas ad hoc fit, itemque hæres, ut repræſentet perſonam defuncti L. hæres 22. ff. de uſucap. quæ individua eſt, nec pro parte repræſentari poteſt. Atqui repræſentatio in contractibus ceſſat. Ergo & jus adcreſcendi.

II. le-

II. leges quæ de jure adcreſcendi ſcriptæ ſunt, de hæreditatibus, ultimis voluntatibus, & legatis loquuntur præſertim d. L. unica C. de Caduc. toll.

III. L. ſi mihi & Titio 110. ff. de verbor. oblig. qua traditur In contractibus, ſi quis ſibi & Titio decem ſtipuletur, non tota decem, ſola quinque deberi.

IV. inquit Cuiac. ad d. L. 64. ratio juris repugnat: nam quoties locus eſt juri adcreſcendi tunc id alii adcreſcit, quod ab alio repudiatum fuit, vel quod morte hæredis interveniente, aut qua alia ratione defecit, hoc autem in contractibus ſe aliter habet, ideo namque adcreſceret, quod alterius perſona ſupervacaneè adjecta eſſet ut in d. L. 64. hanc ſententiam d:fendit Clariſſ. Dominus Euerard. Bronchorſt cent. 2. aſſ. 60. Papilon. pag. 26.

Non obſtant rationes in contrarium alle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

allegatæ. Nam ad primam reſpondetur, non eandem rationem eſſe in ultimis voluntatibus & contractibus; in hæreditatibus ideo adcreſcit, quia ut dictum eſt nemo poteſt ejuſdem hæreditatis partem agnoſcere, alteram reſpuere. In contractibus totum ad alterum pertinet; quia in ſolidum habet, non ex conjunctione, ſed ex conventione, quæ legem contractui dedit L. contractus 23. ff. de regul. juris. & à qua non eſt in contrahentis poteſtate reſilire altero invito, Siquidem contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto fiunt neceſſitatis L. ſicut L. ſiquidem C. de obligat. & act.

Ad Secundam reſpondetur quoties in jure noſtro de uſufructu adcreſcendo mentio fit. toties de legato uſufructu id accipiendum eſt, ut conſtat ex tot. tit. ff. de uſufr. adcreſcend.

Ad Tertiam, Legem 64. de contrah.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

trah. emp. cui vulgo ſolet opponi L. ſi mihi & Titio ff. de verb. oblig. neutiquam jure adcreſcendi fieri, quod totus fundus emtori cedat, ſed certiſſima juris ratione: quam tradit Franc, Milanenſ. in deciſ. Siciliæ 4. lib. 2. num. 73. ubi allegat Salic. ibid. Ne venditor inuitus incídat in communionem, quæ ſæpe diſcordias parit, & multa mala ſecum trahit L. cum pater 77. §. dulciſſimus ff. de legat. 2. vel venditor qui totum fundum vendere voluit, ſi partem retinere cogatur quam graviſſimo detrimento afficiatur. In bonæ fidei enim judiciis, quale eſt emtionis judicium §. actionum Inſtit. de act. non tantum id conſideramus quod à contrahentibus expreſſum eſt; verum etiam quod veroſimiliter inter illos actum videtur: Imo quod alterum alteri ex bona fide, ſive ex bono & æquo præſtare oportet. Ratio rationis eſſe poteſt, quod una res

ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſit unum pretium, ideoque & una emtio eſſe videatur, & quidem individua & in ſolidum defendenda.

Ad L. proprium 5. ff. Comm. prædior. reſponſio eſt, agere I C^tum de ſervitute, quæ cum per ſe, & natura ſua diviſionem non recipiat L. 2. §. ex his ff. de verbor. oblig. L. viæ 17. ff. de ſervitut. L. uſus pars 19. ff. de uſu & habit. in ſolidum ſtipulatori adquiritur.

Q. An Ius Adcreſc. tranſeat in emptorem hæreditatis.

Huic vicina quæſtio eſt, Hæreditate vendita an Ius adcreſcendi tranſeat in emtorem. Pone Titius ex ſemiſſe hæres inſtitutus deliberante coherede adit partem ſuam, deinde vendit, poſt factam venditionem coheredis portio deficit, Quæritur utrum venditori adcreſcat, an emtori. Docet Bartol. ad d. L. re conjuncti num. 26. jus adcreſcendi in emtorem tranſire, ideoq; portionem coheredis qui poſt factam vẽditionem defecit, non vendito

ditoris commodo cedere ſed emtoris Bartol. ſequuntur Duaren. lib. 2. de jure adcreſc.cap.6.Robert.lib.3.animadverſ. cap.12. & tertio notar. ad mercat.cap.13. Papilon. de Iure adcreſc. pag. 32. Diſſentit Cuiac. lib. 12.obſ.13. & notar.mercat.cap.13. Anton. Faber de err. pragm. decad. 50.err.5.Gomeſ lib.1.variar reſolut. cap. 10. num. 44. ubi notat hanc veriorem & magis cõmunem eſſe Doctorum opinionem, quod in emtorem hæreditatis non tranſeat jus adcreſcendi, D.Bronch. cent.2.aſſ.59. Fachin. lib.5. controverſ. cap. 101. quibus & ipſe aſſentior; movent me rationes & argumenta quæ ſatis multa paſſim adferuntur, in primis vero illud Fachinei, quod breviter proponam & cõfirmabo meo more, Verba ejus hæc ſunt; Aut volumus portionem deficientem emtori adcreſcere, quia lex ita conſtituit, & hoc non poſſumus, quia legẽ non habemus ita

con-

conſtituentem. Erubeſcimus autem ſine lege loqui. Aut ex voluntate defuncti teſtatoris, & hoc veriſimile non eſt, quia is emtorem hæreditatis forte non noverat, nec ei proſpectum voluit, ſed hæredibus ſuis; cui autem, teſtator nihil dedit, aut dari voluit ei nihil dandum eſt L. debitor 59. in fine princ. L. facta 63. §. ſi ſub conditione ff. ad SC^tum^ Trebell. Aut ex voluntate contrahentium, quia ſcilicet actum eſſe videatur, ut portio deficiens emtori adcreſcat, & hoc veriſimile non eſt, quia actum eſt inter contrahentes de portione hæreditatis, non de tota hæreditate. Coheres vendidit ſuam, non autem coheredis portionem quam non habebat, nec veriſimile eſt ſperaſſe ſe habiturum; quia caſum adverſamque fortunam ſpectare hominis neque civile neque naturale eſt L. inter ſtipulantem 83. §. ſacram rem ff. de verbor. oblig. Nec cum pretium

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

conſtituit ejus rationem habuit, ſed quantitatis ejus quæ erat tempore venditionis, quia quantitate inſpecta dicendum eſt jus adcreſcendi non ſequi emtorem, cum aliter eveniret ut neglecta ſumma inter contrahentes æquitate, & commodi incommodique proportione, unus commodum duntaxat, alter incommodum haberet. Semper autem in jure æquitatis ratio ſervanda eſt, licet jure aperto non cavetur L. in ſumma §. quanquam ff. de aqua pluvia arcend. & hoc ſtatuendum ut contrahentium conditio æqualis ſit L. ſi id quod 7. §. ult. ff. de reſcind. vend. L. penult. in fine C. comm. divid. Aut quia emtor habet jura utilia & hoc nihil juvare poteſt, quia venditor habet jura directa, hoc eſt titulum & nomen hæredis; nam manifeſtum eſt quod alienatio illa efficere nequeat, quominus hæreditariæ actiones, & activæ & paſſivæ, remaneant penes hære-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

hæredem, qui ſolus & debitores hæreditarios directis actionibus convenire, & à creditoribus hereditariis conveniri poteſt L. 2. C. de heredit. vel act. vend. cujus vigore jus adcreſcendi habere & retinere poteſt. Aut denique deficientem portionem adcreſcere emtori dicemus propterea, quod portio adcreſcit portioni velut alluvio L. ſi Titio 33. ff. de uſuf. per quam legem Duaren. d. cap. 6. ſententiam affirmativam amplectitur, quæ inquit tam aperta eſt, ut probabilibus argumentis eam velle ſubvertere parum prudentis conſultique hominis eſſe videatur. & hoc abſurdum eſt, quia ſequeretur cuicunque poſſeſſori adcreſcere, licet is non emiſſet hæreditatem, & nullum jus in ea haberet immo per d. L. 33. potius contrarium concludimus adcreſcendi jus venditorem ſequi, cum enim venditor per aditionem hæreditatis ſemel heres factus poſt vendi-

tionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tionem hæres maneat L. ei qui ſolvendo 88. ff. hæred. inſtit. L. ex facto 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. jus & nomen hæredis quod retinet ob adquiſitam ſemel hæreditariam portionem, portionis ipſius loco ſemper eſt. Accedit quod nihil commune habeat jus coheredis repudiantis cum jure emtoris, ut inter eos debeat vel poſſit eſſe aliquod jus adcreſcendi, quod non eſt inter eos qui diverſo jure vocantur L. 6. ff. de bonor poſſ.

Graviſſime obſtare videtur L. ſi totam 88. ff. de adquir. hæred. argumẽtum ex lege tale eſt Si verum eſt hæredem ob hoc ſolum quod hęres manet videri habere & retinere partem ex qua ſemel heres fuit, etiam hic cui tãquam indigno hęreditas ablata fuit partem retinebit, & jure adcreſcendi utetur; quia nihilominus hæres remanebit, ut in L. ex facto 43. §. ult. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. ubi dicitur proprie illum hęrédem

eſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

eſſe, ac ſi hæreditas ei ablata non eſſet. At non habet partem; quia partem non videtur habere d. L. ſi totam. Reſponſio, ideo is qui in fraudem legum tacitam fidem accommodavit, & tacite cavit incapaci ſe reſtiturum jus adcreſcendi non retinet, quoniam cum inter coheredes jus adcreſcendi ex lege ſit, niſi quod cum lex in ſui ſocietatem adſciſcat teſtatoris voluntatem, non poteſt ſane lex pro hærede habere eum qui legibus fraudem facere voluit. Et hoc ipſum eſt quod ait Vlpian. apparet nihil ei debere adcreſcere, quia rem non videtur habere, obſtante ſcilicet non tam ratione juris communis, quæ hæredi portionem ſuam utiliter adeunti, ſibique acquirenti jus adcreſcendi concedit, quam poteſtate legum caducariarum, quæ indignum faciunt legis beneficio eum qui legum præcepta neglexit arg. L. auxilium ff. de minor. vigintiq. ann.

Poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Poteſt etiam reſponderi hoc modo, quod dicitur non videri hunc rem habere, ſignificare revera quidem habere, poſtquam ei res ablata eſt, non alia ratione, quam quod ſemper hæres manet, ſed tamen non videri habere, quia licet revera hæres maneat, in iis tamen quæ ex legum beneficio & auxilio proficiſcuntur, cujuſmodi eſt jus adcreſcendi, non poteſt pro hærede haberi. Dicet aliquis. Si partem non habet, qui tacitam fidem accommodavit, ſed plane rem amittit, quare non etiam ſubſtitutionem vulgarem, vel pupillarem factam ſub conditione *Quiſquis mihi hæres erit.* d. l. ex facto, quam tamen amittit is qui compulſus adiit L. Papinianus 43. ff. ad S C^tum^ Trebell. quia cogitur fideicommiſſario reſtituere L. ita tamen §. qui ſuſpectam ff. d. tit. Solvitur, Deteriorem eſſe conditionem ejus qui tacitam fidem accommodavit, ſaltem quoad jus adcreſcendi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

meliorem vero quoad vulgarem & pupillarem ſubſtitutionem. Nam etſi utrique commune ſit, quod hæredes fiant, tamen majori odio dignus eſt is qui quantum in ſe fuit, irritam fecit defuncti voluntatem, & primas ſecundaſque tabulas evertit, quam qui fidem tacitam fideicommiſſo inutili accommodavit in fraudem legum caducariarum, pulchre Cuiac. lib. 12. obſ. 13. vide etiam Anton. Fab. dict. dec. 50. err. 5.

In Feudo.

De Feudo, an in eo Ius adcreſcendi obtineat dubitant interpretes. Negativam ſententiam amplectuntur Communiter Doctores, Roland. à valle tom. 3. conſ. 22. num. 34. Probatur hæc ſententia tali argumento, Feudum contractibus inter vivos, non ultimus voluntatibus conſtituitur in uſib. feud. lib. 1. tit. 8. At in contractibus jus adcreſcendi ceſſat, Ergo. Secundo Regula feudali, In feudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

feudo ſucceditur pacto primi acquirentis, Ergo non ex jure adcreſcendi. Opponitur, in uſufructu duobus legato eſt jus adcreſcendi tot. tit. ff. de uſufr. adcreſc. Feudum eſt uſusfructus cap. 1. in quibus cauſis feud. amitt. Cuiac. in princ. comment. feudal. Vulteius de feudis cap. 2. num. 9. Reſpondetur propoſitionem particulariter reſtrictam eſſe ad eum uſumfructum qui legatus eſt, de quo etiam leges conceptæ ſunt. At feudum non poteſt legari, ita enim jure feudali diſerte cautum eſt, ut de feudis nulla teſtamenti ordinatio poſſit fieri dict. lib. 1. tit. 8. de ſucceſſione feudi lib. 2. tit. 9. qualiter olim poterat feud. alien. §. donare, Feudiſtæ communiter in cap. 1. de alienat. feudi fraterni; ac ne per viam quidem legati, quam vulgarem & tritam concluſionem eſſe refert Michael Graſſ. §. legatum quæſt. 14. n. 8. Excipiunt vulgo feudum anti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quum ex pacto & providentia, in quo exiſtimant jus adcreſcendi locum habere Andr. Gail. lib. 2. de pace publica cap. 14. num. 15. Sed inſpecta rei veritate nec in hoc feudo jus adcreſcendi locum habet ſed pars vacans, ſive deficiens jure ſucceſſionis ad ſuperſtitem pertinet. Vnde recte monet Roſenthal de feud. cap. 6. concluſ. 134. nullas hic ſubeſſe proprietates juris adcreſcendi. Sunt etiam complures in ea ſententia ſi à Principe feudum datum ſit duobus vel pluribus fratribus, ſive conjunctim ſive disjunctim, & ex illis unus vel à principio ad feudum non aſpiret, vel poſtea ſine hæredibus decedat, portionem deficientem fratri adcreſcere, argum. L. 1. C. ſi liberalitatis Imper. ſocius. Paul. Caſtrenſ. in d. L. ſi mihi & Titio ff. de verb. oblig. Alexand. conſ. 30. num. 8. vol. 1. Iaſ. conſ. 136. num. 4. vol. 4. Clar. in §. feudum quæſt. 77. & alii quos adducit

cit Roſenthal cap. 6. §. 136. Verum quia hæc exceptio neque textu expreſſo, neque neceſſaria conſecutione probatur, in dubio regulæ ſtabimus, quod frater fratri in feudo novo non ſuccedat, niſi nominatim, ſive pacto expreſſo id cautum ſit, ita tradunt Curt. Iun. de feud. part. 2. tit. de feud Laicor. num. 74. & ſeq. & tam multi alii ut Molin. in addit. ad Alex. d. conſ. 30. num. 8. non dubitet aſſerere hanc ſententiam ſi opiniones ſint numerandæ, crebriorem inveniri; quod ipſum etiam atteſtatur. Alc. reſponſ. 1. num. 44. lib. 3. Eandem magis communem eſſe dicit Soarez in theſauro recept. ſent. lit. F. verb. feudum num. 69. Zaſ. de feud. part. 8. num. 32. Nec quicquam movet d. L. unic. quia de alia liberalitate, non de feudo loquitur, nec exprimit modum quo pars deficiens ad conſortem pervenire debet, ut dicendum potius ſit, ſuccedere in ea lege

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſocium ſocio ex largiſſima interpretatione Imperatoris excluſo fiſco, quod in naviculariis, cohortalibus & aliis ſimilibus ſervatur Cuiac. ad d. L. unicam Fachin. lib. controverſ. 7. cap. 63.

Alia quæſtio eſt an Iuri adcreſcendi locus ſit, quando is qui deficientem portionem petit, ad partẽ ſuam de jure ſpeciali admittitur. Anſam diſputandi præbuit L. mulieri 74. ff. de cond. & demonſtr. in qua lege Papinianus caſum proponit, quo mulieri & Titio conjunctim uſusfructus, ſub unica illa conditione, *Si mulier non nupſerit* relictus eſt, & ait ſi mulier nupſerit, quamdiu Titius vivet & in eodem ſtatu erit, partem uſusfructus habebit. Tantum enim beneficio legis ex legato mulieri conceſſum eſſe intelligendum eſt, quantum haberet ſi conditioni paruiſſet: Nec ſi Titius qui conditione defectus eſt legatum repudiet ea res mulieri proderit.

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quam legem Bartol. eumque ſecuti ita interpretantur ut intelligant id voluiſſe Papinianum, poſtquam mulier nupſit eam nihilominus partem uſusfructus habere; quia lex conditionem viduitatis remittit, tanquam publicæ utilitati contrariam L. hæres meus 79. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. Et ex ea generalem concluſionem conſtituunt. Quoties aliquis admittitur ad legatum jure quodam ſpeciali contra teſtatoris voluntatem, non habet Ius adcreſcendi Bart. ad L. re conjuncti num. 43. & ſeq. de leg. 3. Verum ab hac ſententia diſcedunt Alciat. lib. 6. paradox. cap. 8. Fachin. lib. 4. controv. cap. ult. Anton. Fab. de error. pragm decad. 50. err. 10. qui varie hac de re diſſerunt. Putat Faber mulierem in dicta ſpecie legis, ſuperſtite Titio & in eodem ſtatu manente tantum partem uſusfructus habere, eo autem mortuo, vel capite minuto, totum uſumfructum conſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

qui, ſecundum rationem Papiniani, quod lex quæ mulieri conditionem viduitatis remittit, ſic accipienda ſit ut neque plus neque minus conſequatur, quam quantum illa ſi conditioni paruiſſet habitura eſſet, An recte vide Iohann. Suevium de jure adcreſ. lib. 2. cap. 3. ubi hanc quæſtionem examinat.

In ſpecie L. ſi duo ff. de jurejur. non eſt I. A.

Quæritur etiam an in ſpecie quam refert I C^tus^ in L. ſi duo 13. ff. de jurejur. Ius adcreſcendi valeat. Si altero patrono jusjurandum deferente libertus juraverit ſe libertum ejus non eſſe, utrum alteri totius debitæ patronis portionis, an vero dimidiæ debitæ ejus partis bonorum poſſeſſio competat, Et ait alteri ſuæ partis bonorum poſſeſſionem competere, hoc eſt Ius adcreſcendi non eſſe. Si enim patronus erat is contra quem libertus juravit, portio quam in bonis liberti habebat, non ipſo jure deficit,

ſed

ſed per juramentum. Iusjurandum autem ei ſoli prodeſt qui juravit, vel hæredi ejus non alteri L. 3. §. unde Marcellus ff. de Iureiur. Itaque alter facta excluſione per exceptionem juris jurandi, non ſolidæ ſed ſuæ partis bonorum poſſeſſionem petet Govean. de jure adcreſc. num. 30. vide hanc legem ſolide explicantem Duaren. de jure adcreſcendi lib. 2. cap. 17. Adde Fachin. lib. 4. controverſ. cap. 96.

An in quantitate legata Ius Adcreſ. obtineat.

Poſtremo controvertitur, An in quantitate legata Iuri adcreſcendi locus ſit. In qua quæſtione hæc diſtinctio adhiberi debet; Aut quantitas corporis vice fungitur, & hoc caſu conjunctionem intercedere dubium non eſt L. plane 34. §. 4. L. ſed ſi certos 51. ff. de leg. 1 Aut naturam ſuam retinet, & conjunctio ceſſat. Neque refert teſtator conjunctim legaverit & bis eandem ſummā expreſſerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſerit, hoc modo Titio decem do lego, Mævio decem do lego; An conjunctim & ſemel eadem ſumma expreſſa ſit, ita Titio & Mævio decem do lego: Nam ſi disjunctim ſingulis dena legata videntur, argumento eſt, quod ſi uni eadem ſumma bis legata fuerit tam teſtamento quam codicillis poſt teſtamentum factis, videtur teſtator voluiſſe duplicare legatum, quare heres utramque ſummam præſtare tenebitur: niſi probaverit judici poſteriorem ſcripturam inanem eſſe, & ideo teſtatorem eandem ſummam in codicillis reliquiſſe, quod oblitus eſſet eandem ſummam in teſtamento relictam eſſe L. quingenta 12. ff. de probat. Nec ad rem quicquam facit quod eadem ſpecie duobus legata, non ſingulis ſolidum, ſed partes tantum legatæ videantur; quia ſpeciei & quantitatis magna eſt differentia & diſſimilitudo. Eadem res ſeu ſpecies pluries præſtari non poteſt, ne volente

te quidem teſtatore, At eadem ſumma volente teſtatore multiplicari poteſt d. L. plane 34. §. ſed ſi eadem. & multiplicata cenſetur, quoties ſæpius expreſſa eſt: niſi contraria teſtatoris voluntas appareat ut ſi nominatim eadem decem utrique legavit, L. ſi tibi decem 6. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſ. nec enim aliter à verbis teſtatoris recedendum eſt, quam cum manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem L. non aliter 69. ff. de leg. 3. vide Duaren. lib. 2. de Iure adcreſ. cap. 7. Si conjunctim quantitas legata ſit, perſonarum enumeratione diviſa cenſetur argumento L. cui fundus 56. ff. de condit. & demonſtr. & ut numero conſtat, & dividitur, ita etiam inter perſonas dividitur L. cum Stichus 29. ff. de ſolut. perinde ac ſi teſtator ſingulis quinque legaſſet. Excipitur caſus L. qui quartam 15. §. ult. ff de legat. 1. Si teſtator filiabus legaverit decem, ut etiam de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

poſthuma ſentiret, conjunctim legaſſe dicitur, & ſi poſthuma non eſt nata, ſuperſtiti ſolidum debetur, quia in hac ſpecie non eſt expreſſa enumeratio perſonarum, ut ſumma poſſit videri eſſe diviſa, ſed nomen appellativum ad plures relatum eſt.

CAP. IX.

Quando Ius Adcreſcendi ceſſat.

CEſſat Ius adcreſcendi in legatis; Si alimenta alicui, ut cibaria, veſtitus, habitatio & alia ſuſtentationi vitæ neceſſaria relicta ſunt L. dominus §. fin. ff. de uſufr. Ratio quia cum teſtator in alimenta legavit, videtur voluiſſe ne ultra modum alimentorum quicquam habeant, unde illud vulgare, legatum alimentorum non iterari nec multiplicari L. alimēta 16. §. Baſilicæ ff. de aliment. legat.

Si quis rem ſibi legatam & acquiſitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſitam poſtea habere noluerit, aut amiſerit, ea non adcreſcet conjuncto, ſed plerumque tanquam derelicta occupanti conceditur. Excipitur uſusfructus qui & conſtitutus & poſtea amiſſus jus adcreſcendi admittit vide Duaren. de jure adcreſcendi lib. 1. cap. ult. Menoch. lib. 4. præſumt. 158.

In hæreditatibus, ſi coheres ſubſtitutum acceperit, nam illud inquit Duar. de jure adcreſc. lib. 2. cap. 16. vulgo receptum eſt & ab omnibus probatum, eum qui vulgariter ſubſtitutus eſt alteri præferendum eſſe, nec aliter partem deficientem adcreſcere coheredi, quam ſi ſubſtitutus omiſerit L. 2. §. ſi duo ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. d. L. unica §. in primo & §. pro ſecundo C. de caduc. toll. vide Gomeſ. tom. 1. varia. reſol. cap. 3. num. 26. & cap. 10. num. 36. unde dicitur jus ſubſtitutionis potentius eſt jure adcreſcendi quod ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

legis diſpoſitione locum habet quia major virtus eſt expreſſæ quam tacitę ſubſtitutionis.

Si hæredi de jure tribuatur ut decedens hæreditatem non aditam, tranſmittat ad hęredem. ut ſi decedat intra tempora deliberandi L. cum antiquioribus C. de jure deliber. vel filius hæres inſtitutus non adita hæreditate moriatur L. unic. C. de his qui ante apert. tab. quia hi non ſunt dicendi deficere: nec eorum portio quaſi deficientium jure adcreſcendi pertinet ad coheredem; ſed ut ſi eſſent ſoli hæredes, hæreditatem ad hæredes tranſmitterent: ita & inſtituti cum aliis eodem jure utuntur. Et hæc de perſonis inter quas, & rebus circa quas Ius adcreſcendi verſatur, ſequitur de modo acquirendi deficientem portionem ordine videamus.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

CAP. X.

De modo acquirendi deficientem portionem.

CIrca hoc caput tria quæſita ſunt.

Quæſitum I.

Primo quæritur *An portio deficiens ignoranti & invito adcreſcat, an vero tantum volenti.* Sane in hæreditatibus coheredi non ſolum ignoranti, ſed etiam invito adcreſcit L. ſi quis heres 35. L. qui ex duabus 53. §. 1. ff. de acquir. hered. & ut eſt apud Iuſtinianum nolenti & ipſo jure, adeo ut una aditio ſufficiat L. ſi tu ex parte 76. ff. d. tit. Ratio quia jus cogit eum qui unam partem hæreditatis habet, reliquas deficientes admittere d. L. unic. §. his ita verſ. & hoc volentibus C. de Caduc. toll. quia hæreditas ſcindi non poteſt, ut qui

qui ſunt conjuncti videantur disjuncti eſſe, quod tamen in ſuo hærede diſtinctionem recipit ex L. cum hæreditate patris ff. de adquir. hæred. quam explicat Donell. lib. 7. comment. c. 12. In legatis d. L. unic. §. ubi autem 12. ita diſtinguit: aut conjunctim duobus aut pluribus eadem res relicta eſt, id eſt, re & verbis ſimul; aut disjunctim. Si conjunctim pars quæ repudiatur accreſcit aliis qui eam partem deficientem amplecti volunt, non etiam invitis. Si disjunctim portio quæ deficit remanet apud eum qui ſuam partem agnovit potius quam accreſcit. Cuiac. in parat. ad d. tit. Cod. Ratio in promptu eſt quia legatarii disjuncti, id eſt re tantum, non tam deficientis portionem recipiunt, quam proprium legatum retinent, nullius concurſu diminutum d. §. 12. verſic. ſin vero.

Quæſit. II.

Secundo loco quæritur, *An pars defi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

deficiens cum onere accreſcat, an ſine onere. In hac quæſtione ita ſtatuendum eſt. Si pars ab initio pro non ſcripta habetur, ut ſi relicta ſit ei, qui in rerum natura tunc temporis cum condebantur ultima elogia non fuit. d. L. unic. §. in primo itaque ordine 3. & §. ne autem in fine accreſſat ſine onere deficienti impoſito. Cum enim principale relictum pro non ſcripto eſt, conſequens eſt & onus ei injunctum pro non ſcripto eſſe tanquam nemini injunctum. Exceptis duobus caſibus quibus apud legatarios reſident cum onere quæ pro non ſcriptis habentur, quos Iuſtinianus in d. §. 3. excipere videtur dum addit, ad conjunctos pervenire ſine onere, Niſi perraro, & explicat in d. §. 9. quædam etſi talia ſint ut pro non ſcriptis habeantur, tamen cum ſuo onere venire. Vnus ex S C^to^ Liboniano in L. ult. ff. de his quæ pro non ſcript. in legato, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quod quis ſibi adſcripſit. Alter receptus favore libertatis in L. cum vero 26. §. ſi pro non ſcripto ff. de fideicommiſſ. libert. Gloſſ. in d. §. ne autem, ad verba, novi juris. Si poſt conditum teſtamentum pars aliqua deficit ſeparandi ſunt hæredes à legatariis; nam hæredibus conjunctis adcreſcit cum onere d. L. unic. §. pro ſecundo, & §. his ita, quemadmodum & ex Lege Papia cum onere in fiſcum redigebatur; neque enim ferendus eſt qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit d. §. pro ſecundo. Niſi onus aliquod nominatim alicujus hæredis fidei fuerit commiſſum, vel adimpleri ab alio non poſſit, quia tunc teſtator videtur id ita dari voluiſſe Si ille hæres extitiſſet argum. L. pater 29. §. 1. ff. de leg. 2. & gravamen in ipſius ſolius perſona concluſiſſe cui & ſuam munificientiam reliquit. Quod ad legatarios adtinet, diſtin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

diſtinguitur utrum conjunctim an disjunctim ad eandem rem vocati ſint, Nam priori caſu ſicut relevantur in eo quod non niſi volentibus adcreſcat, ita gravantur ex adverſo quod cum onere adcreſcat d. L. unic. §. ubi autem. Poſteriori caſu uno repudiante alter in ſolidum legatum retinet, idque ſine onere alteri impoſito. Ratio differentiæ ex d. L. unic. ſumenda eſt. Cum utrique ab initio in ſolidum legatum eſt, is qui agnovit, totum legatum retinet proprio jure, nec alienum conſequitur ſed ſuum imminutum habet, ut merito onere alteri impoſito non debeat gravari d. L. unic. §. ubi autem verſ. ſin autem ad deficientis portionem.

Contra cum conjunctim legatum eſt, evenit ut deficiente uno ejus pars ſic alteri deferatur, ut non ex propria perſona, ſed ex perſona deficientis contingat, æquum itaque eſt ut ejus jure utatur, & omne commodum atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

atque incommodum quod ille habiturus fuiſſet habeat ſecundum L. qui in jus, juncta L. ſecundum naturam ff. de regul. jur.

Quæſit. III.

Poſtremo quæritur pro qua parte portio deficiens adcreſcat. Imperator Iuſtinianus in d. L. unic. §. his ita 10. conſtituit hæreditatem aliis cohæredibus pro hæreditaria parte adcreſcere. Idem de legatariis receptum eſt, pro portione legati cuique eorum quibus ſeparatim legatum eſt adcreſcere L. Mævio 41. ff. de leg. 2. Obſtare videtur d. L. unic. §. ſed ut manifeſtetur 8. & §. ubi autem 11. quibus §. §. Iuſtinianus diſerte ait manere portionem deficientem apud conjunctos pró virili portione, id eſt pro numero perſonarum. Ergo pro æquis partibus. Reſpondendum in d. L. unic. virilem partem accipiendam eſſe pro parte cujuſque viri, etſi æqualis non ſit, ut ſenſus ſit portio defi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

deficiens adcreſcit pro ratione legati unicuique relicti Duaren. de jure adcreſc. lib. 2. cap. 3. videlicet pro portione ſi viriles in legato habent, id eſt, æquas & perſonales: Sin inæquales pro rata legati cujuſque, nam & in virili nomine rata ſignificatur §. ult. inſtit. de inoff. teſtam. L. 1. C. unde liber. Vide Accurſ. ad d. §. ſed & manifeſtetur Gothofr. ibid. aliter explicat Fachin. lib. 4. controverſ. cap. 95.

CAP. XI.

Qua actione portio adcreſcens petatur.

PEtitur portio adcreſcens eadem actione qua prius quæſita petita eſt, aut peti potuit, nam acceſſio & pars naturam ſequitur principalis & eodem jure cenſetur L. quæ de tota ff. de rei vindic. L. inter ſocerum 26. §. cum inter ff. de pactis dotalib.

Dabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Dabitur igitur petitio hæreditatis vel actio ex teſtamento L. ſi mihi & tibi 12. in princ. ff. de legat. 1.

Cap. XII.

Finis Iuris Adcreſcendi quis ſit.

Finem Iuris adcreſcendi ſi cui addere lubet, ſic dicere poterit. In hæreditatibus jus adcreſcendi ideo eſt ne defuncti perſona, quæ individua eſt pro parte repreſentetur, & hæreditas pro parte agnita, pro parte repudiata jaceat. In legatis, ut voluntas teſtatoris integra illibataque maneat.

Cap. XIII.

De contrariis Iuris Adcreſcendi.

Inter contraria Iuris adcreſcendi pono; Aditionem partis hæreditariæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tariæ, vel agnitionem legati à teſtatore relicti; Si nimirum hæres hæreditatem adeat, vel legatarius teſtatoris liberalitatem agnoſcat, & legatum ad ſe pertinere velit, nam ut hæreditate adita ſubſtitutio expirat L. poſt aditam C. de impub. & aliis ſubſtit. ita quoque Ius adcreſcendi quod ſubſtitutioni ſimilis eſt L. ſi Titio §. Iulianus ff. de leg. 1.

Sed quæſtionis controverſæ eſt, *An prohibitio teſtatoris Iuri adcreſcendi adverſetur, illudque impediat.* In qua quæſtione Bartol. late ſe implicat ad L. quoties §. ſi duo ff. de hæred. inſtit. & ad L. ſi quis priore 29. ff. ad S C^tum^ Trebell. qui defendit teſtatorem efficaciter Ius adcreſcendi prohibere poſſe. Fundamenta hæc ſunt Primum ex Lege 12. tabularum toto jure recepta, qua ita cautum eſt *uti quiſque legaſſit ſuæ rei ita jus eſto* L. verbis legis ff. de verb. ſignif. Ergo quocunque modo hæres inſtitutus

erit,

erit, ex his verbis inſtitutio rata erit.

II. ex d. L. quoties 9. §. ſi duo de hæredib. inſtit. quo deciditur teſtatorem non poſſe ita hæredes inſtituere, ut unus ſuccedat ex tertia parte fundi Corneliani, alter ex beſſe ejuſdem fundi: Niſi voluntas evidentiſſime refragetur. unde ſequitur quando voluntas evidentiſſime refragatur, poſſe teſtatorem in certis bonis teſtatum, in aliis inteſtatum decedere.

III. L. peto 69. ff. de legat. 2. ubi valet inſtitutio in certis rebus, ſi teſtator voluerit bona ad legitimos hæredes ſuccedentes ab inteſtato pervenire.

IV. L. dominus 57. ff. de uſufr. quæ agit de uſufructu relicto ad alimenta, & negat uno ex collegatariis decedente partem deficientis collegatario adcreſcere, ſed ad dominum proprietatis redire.

V. movetur Bartol. L. penult. ff. de injuſt. rupt. & irr. teſtam. L. poſthumus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

humus 14. verſ. nam & cum duobus ff. de liber. & poſth. ex quibus notat teſtatorem dando ſubſtitutum in parte videri jus adcreſcendi prohibuiſſe; quia rupta inſtitutione teſtamentum in totum vitiatur. Bartol. ſequuntur Corn. ad L. quoties 13. col. pen. ubi dicit communem C. de hæred. inſtit. Iaſon conſ. 8.coll.9. verſ. decimo iſtud, ubi refert Bald. Caſtrenſ. Angel. & Imol. Gomeſ. variar. reſol. tom. 1. cap. 10. D. Bronch. miſcell. controverſ. cent. 2. aſſ. 15. Adde Iohann. Surd. deciſ. mantuana 152. num. 16.

Sed contraria ſententia tanquam verior ſequenda eſt, & pro certo ſtatuendum non poſſe teſtatorem jus adcreſcendi inter hæredes (ſecus eſt inter legatarios, cum ſecundum Iuris diſpoſitionem convenienter pars deficiens apud hæredem remaneat. Petr. Heig. ad §. ſi eadem res num. 21. Inſtit. de legat.) prohibere, quo-

niam teſtator non poteſt cavere ne leges in teſtamento ſuo locum habeant, juxta legem nemo poteſt 55. ff. de leg. 1. Et potentior eſt cauſa teſtati, quam inteſtati, eamque ſemper ad ſe trahit, ut quamdiu ex teſtamento poteſt ſuccedi, ſucceſſioni ab inteſtato locus non ſit. Vrgent hanc ſententiam. Primo favor teſtamenti, qui ſemper maximus & præcipuus eſt; adeo ut interpretatio pro teſtamento fiat quoties ambigua aut obſcura oratio eſt L. cogi 16. in princ. ff. ad SCtum Trebell. Quis enim credat teſtatorem, qui ad factionem teſtamenti acceſſit eo animo fuiſſe ut nihil ageret, aut legum auxilium, ſine quibus teſtari non poterat, & ad quas quiſque teſtator voluntatem ſuam accommodare & creditur & cogitur, implorare voluiſſe, ut eos hæredes haberet, quos ex ſola lege 12. tabularum ab inteſtato habere poterat.

Secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Secundo, favor hæredis inſtituti, quem teſtator voluit omnino hæredem eſſe, & quidem ex parte ſi poſſet, ſi vero non poſſet, ex aſſe & univerſaliter. Nam teſtator eo ipſo quod voluit hæredem eſſe, ſimul ea omnia creditur voluiſſe, ſine quibus hæres eſſe non poſſet.

III. L. ſi quis ita 74. ff. de hæred. inſtit. ubi Licinius Rufus ſcribit, Si quis ita hæres inſtitutus fuerit, excepto fundo excepto uſufructu hæres eſto, perinde erit jure civili atque ſi ſine ea exceptione hæres inſtitutus eſſet, idque auctoritate Caii Aquilii factum eſt, nimirum quoniam alioqui fieri non poſſet, ut teſtamentum valeret, quod univerſam defuncti hæreditatem non complecteretur. Tuentur hanc ſententiam Faber & Aret. ad § hæreditas inſtit. de hæred. inſtit. Dinus in L. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæred. inſtit. Iulius Clar. qui communem dicit in §. teſtamentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quæſt. 74. ubi alios citat. Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 15. err. 7. & in Cod. Fabr. lib. 6. definit. 1.

Nec obſtat primum fundamentum ſententiæ affirmativæ, ad quod reſpondetur. Supremas voluntates natas eſſe ex Legibus duodecim tabularum, niſi quid aliis legibus & juris partibus excipiatur, ut legem interpretatione coanguſtatam eſſe, vel legum, vel auctoritate jura conſtituentium diſerte ſcriptum eſt d. L. verbis legis 120. ff, de verb. ſignif. Hoc autem exceptum inter cætera, ne quis ita teſtetur ut pro parte rerum teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat L. jus noſtrum ff. de reg, jur, quod ipſum eveniret ſi prohibitionem juris adcreſcendi valere volumus. Melius itaque eſt ut prohibitio illa vitietur, quam ut tota inſtitutio corruat, quæ per Ius adcreſcendi commodiſſime poteſt ſuſtineri.

Ad L. 9. §. ſiduo reſponſio eſt, Excep-

Exceptionem Si modo voluntas patrisfamilias manifeſtiſſime non refragetur hanc ſententiam habere. In ſpecie propoſita ſcriptos hæredes ex ſemiſſibus hæredes eſſe, quaſi ſine partibus inſtitutos, Si modo voluntas non refragetur, id eſt, niſi appareat teſtatorem voluiſſe, ut ex iis ipſis partibus hæredes eſſent, ex quibus in fundo Corneliano inſtituti ſunt, unus ſcilicet ex beſſe, alter ex quadrante.

Ad L. peto 69. de leg. 2. Reſpondeo verbis dictæ legis, Peto ut pro hæreditate quam tibi dedi, quæ ad fratrem meum jure legitimo rediret, contentus ſis centum aureis. minime probari teſtatorem Ius adcreſcendi poſſe prohibere, ſed jus eſſe legitimo hæredi petendæ ex fideicommiſſo hæreditatis, adverſus ſcriptum hæredem. Nam his verbis, Peto ut contentus ſis, fideicommiſſum inquit I C^tus in d. L. peto in princip. induci placet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Reſponſio ad L. Dominus 57: ff. de uſufr. patet ex ſupra allatis, ubi diximus Excipi à jure adcreſcendi alimenta pluribus relicta, quia non ſunt reiterabilia, hoc eſt aliis, quam quibus relicta ſunt non poſſunt deberi.

Ad L. penult. ff. de injuſt. rupt. & irr. facto teſtam. L. ſi poſthumus 14. verſ. nam & ſi duobus ff. de lib. & poſth. vide Anton. Fab. d. decad. 15. err. 7. ubi affabre demonſtrat in allegatis legibus totum teſtamentum rumpi, non propter tacitam aliquam prohibitionem juris adcreſcendi, ex datione ſubſtituti, ſed propter poſthumum præteritum à ſubſtitutione. Nam mortuo eo totum teſtamentum infirmatur, & ad legitimos hæreditas venit Adde Cuiac. ad d. L. ſi poſthumus ff. de liber. & poſth.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

PETRI CVNÆI I.C.

LAVDATIO FVNEBRIS

Recitatæ in exequiis Viri Clariſſimi

D. CORNELII SWANENBVRGII

Iuriſprudentiæ Profeſſoris,

Ad diem XVII. *Maij* cIↄIↄ c xxx.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

PETRVS CVNÆVS

Iuveni ornatiſſimo & eruditiſſimo

PAVLO SWANENBVRGIO I.C.

Salutem D.

FActum eſt, quod rogaſti, ornatiſſime Swanenburgi. Prodit in publicum parentis tui, viri celeberrimi, laudatio, quam nuper in ejuſdem funere, precibus Senatus Academici, aliorumque, peregimus. Equidem ego haud paſſus fuiſſem eam edi, ſi meo unius animo obſecundaſſem. Nullus locus æque & luculenter & ſæpe ab aliis ante pertractatus fuit, quàm qui eſt de mortalitate & caduca ſorte noſtra. Et ſi enim plerique

hæc, quæ ſpecioſe dicunt, non ſatis ſerio cogitent, ac vitio quodam humani ingenij ita vivant, quaſi morituri nunquam ſint, tamen libenter hic cum pompa diſerti videri cupiunt. Ipſe ego, cum pridem viris clariſſimis Bonaventuræ Vulcanio, Everardo Vorſtio, & Bronchorſtio parentaſſem, exhauſi fere quicquid in eo genere dicere poteram. & nunc aut tacere, aut ea, quæ dixeram, abiicere maluiſſem. Sed, age, tui potius, quàm mei ratio habeatur. Tua intereſt ut quæ ad honorem præſtantiſſimi parentis tui pertinent, nemini ignota ſint, & in ſecula tranſmittantur. Illud te duntaxat rogabo, ut, quod tuum eſt, id facias, hoc eſt, ut, quæ patrem tuum de jure adcreſcendi præclare ſcripſiſſe intellexi, ea publici juris eſſe ſinas. Certe ille, cum edere ſua nollet me quoque, ne

quid

quid proferrem, tardavit. Quod ſi tu ea vulgaveris, efficies ut noſtra quoque, quæ dudum paravimus, illicò proſiliant: quæ non premimus hercle, niſi ſcrupuloſo quodam metu, quia futurum putamus ut plerique hæc faſtidioſo & tranſverſo oculo vix aſpiciant, cum in juris & legum commentationibus ea ferme in pretio ſint, quæ à veterum genio, & elegantia, atque gravitate plurimum recedunt. Vale. Lugd. Batav. XXVII Iunij, Anno cIↄ Iↄc XXX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

PETRI CVNÆI I. C.

LAVDATIO FVNEBRIS

Recitata in exequiis Viri Clariſſimi

D. CORNELII SWANENBVRGII

Iuriſprudentiæ Profeſſoris.

QVam ſit nullum mortalibus gaudium, quod non ſtatim acerbus aliquis caſus interrumpat, ſuperiores dies, qui noviſſime tranſacti ſunt, fidem faciunt, Auditores. Iam anniverſaria feſta omnes urbis cives more pervetuſto majorum celebrabant; jam ſolennes ſtataſque ferias ejus rei cauſa peragebat etiam Academia : cum ecce ſummo rerum moderatori Deo ita placitum eſt, ut hæc ipſa nobis tempora pro feſtis

pror-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

proſus funeſta exiſterent. Ereptus nobis eſt vir clariſſimus præſtantiſſimuſque CORNELIVS SVVANENBVRGIVS, qui diutiſſime in his ſedibus, atque in hoc bonæ mentis templo decus ac majeſtatem ſuſtinuerat juridici noſtri conſeſſus. Efferebat alte caput ſuum noſter hic ordo, neque ei quidquam deeſſe ad ſummam felicitatem videbatur, niſi ut tantis rebus accederet perpetuitas. Fata obſtiterunt, quorum aſpera quidem, ſed inexplicabilis lex eſt, ut quæ ad ſummum perducta faſtigium ſunt, ea retro iterum, velocius quidem quam aſcenderant, relabantur. In hoc viro quantum Academia noſtra amiſerit, non melius ſcietis, quàm ſi prius intellexeritis, quis & qualis is fuerit, quem nunc defunctum lugemus. Hæ partes illæ ſunt, quas ſuſcepimus, atque id agendum mihi hic eſt, ut cujus virtutes, dum viveret, admiratus ſemper ſum, ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nunc defuncti exequar laudes. Nimirum non fuit illud committendum, ut quod publica omnium, qui in his terris ſunt, conſcientia convincit, id in celebri hoc conventu atque in his exequiis per diſſimulationem tranſmittatur. Et verò licet vel omnes cæteri conticeſcerent, non me tamen, me, inquam, non ſineret quieſcere pietas mea, & ſummus in defunctum affectus. Equidem ego circumſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis, cum retro acta tempora ac prima Academiæ initia intueor, in nativitate collegæ noſtri quiddam ſingulare reperio. Ante quinquaginta & quinque annos prægnans & gravida erat rerum natura, ac eum virum parturiebat, qui Academiæ hujus Leydenſis ſummum mox præſidium atque ingens lumen foret. Igitur hunc in ipſa urbe Leyda naſci, quinque fere menſibus ante Academiæ hujus natalem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

talem diem, voluit. Editus eſt anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo & quarto, die duodecima Septembris; quo tempore infenſus & pertinax hoſtis urbem clauſerat, &, cum nullam vim, nullam impreſſionem in muros faceret, cives tamen fortiſſimos per inediam ac famen ſine ferro atterebat, ac durum victoriæ meditabatur genus, nolle pugnare. Mox Dei numine atque auxilio ſoluta obſidione, cum ampliſſimum illud virtutis præmium huic urbi tribuebatur ut omnia doctrinæ ſapientiæque & diſciplinarum optimarum ſtudia domicilium ſuum hic haberent, primam collegæ hujus noſtri infantiam excepit Academiæ noſtræ inauguratio. Nimirum voluit natura in his Academiæ incunabulis & vagire & enutriri tenerrimam hujus ætatem, ut mox nutrici ſuæ hic alumnus repræſentaret univerſas animi & ingenii dotes, quas olim in eo collocatu-

catura eſſet ſummi Dei benignitas. Genus ejus paternum maternumque à multis retro annis in hac urbe fuit honeſtiſſimum. Pater & avus, ut ſtudia doctrinæ & diſciplinarum ſecuti non ſunt, ita tamen inter cives ſpectabili integritate, atque etiam fortuna erant. Videbant parentes in puero ingenium capeſſendis artibus & ſcientiis accommodatum; ut ferme ſolent certis rebus certa ſigna præcurrere, quæ vim quandam habent augurii & divinationis. Quare ſtatim optimis acerrimiſque præceptoribus à patre traditus eſt. quibus ille ita operam dedit, ut, cum haud dudum pubertatem exceſſerat, ſummam ſpem, quam de eo jam puero omnes habuerant, prima juventutis ſpatia ingreſſus incredibili induſtria ſuperaverit. Enimvero id beneficium tributum magnis excellentibuſque animis à natura eſt. non magis, quàm flamma, latêre poſſunt. derepente ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

diem virtus illorum emicat. Numerent annos ſuos illi, qui de plebe hominum ſunt. at ingenium cœleſte ætatem ipſam antecedit, & damnum non fert longioris & ignavæ moræ. *Magnorum fluminum navigabiles ſunt fontes: & generoſiſſimæ cujuſque arboris ſtatim planta cum fructu eſt.* Mox cum in hac Academia altioribus incumbere diſciplinis cœpiſſet, erecto animo ad egregia illa & vere nobilia juris utriuſque ſcita ſe contulit, ac primarios viros Iulium Beymam, Cornelium Grotium, atque Everardum Bronchorſtium audivit, iiſque ſtudia ſua mirum in modum probavit. Neque his contentus, ne uno loco omnem conquiſiviſſe eruditionem videretur, Duacum adiit, Academiam Flandriæ celeberrimam, atque ibi non cum æqualibus modò, ſed etiam cum viris & ſenibus de juris ſcientia certabat. Non putavit diu illic ſubſiſtendum ſibi eſſe præclara illa indoles:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

les: neque continere ſe potuit, quin poſt decimum & quartum menſem patrias ſedes & Leydam ſuam repeteret. Quò quidem reverſus ille, cum jam in civium oculis atque in eruditorum luce verſaretur, ſtudio ſcientiæ non homines amplius, ſed ipſas provocare res & diſciplinas videbatur. Porro cum in juriſprudentia principatum tenere, atque in ea eximium quiddam conari ſupra omnes vellet, ex literis cæteriſque artibus, quas tractavit, omnia ea præſidia conſecutus eſt, quæ exornare juſtitiæ ſacerdotem poterant. Sed magna tamen & ſingulari prudentia modum his ita præfinivit, ut eas ſub juriſprudentiæ imperio retineret: ne fortè, dum ipſam ſcientiarum omnium dominam expetebat, inter ſervitia atque inter ancillas ejus nimium obhæreſceret. Sciebat in hac legum perveſtigatione omnia fere immenſis atque difficillimis controverſiis eſſe

impli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

implicata, quæ multorum infringunt ſpem, & vigilantiſſimi cujuſque fatigant induſtriam. Simul & meminerat, quemadmodum omnium rerum, ſic literarum etiam quandam eſſe imtemperantiam; atque interdum eos, qui in ſyllabis & verbis ætatem agunt, minutiſſimarum rerum conſectatione fieri moleſtos, ineptoſque, & ſibi placentes; plane ut neceſſaria non diſcant, quia capeſſunt tantum ſupervacua. Igitur cum per cæteras diſciplinas ſe circumageret, neutiquam in iis ſubſtitit, ſed quicquid in illis pulchrum & præclarum reperiebat, id omne ad legum notitiam tranſtulit, atque id egit præcipue ut in ſolidum ſibi juriſprudentiam vindicaret, in qua non modò fundamentum perpetuæ commendationis & famæ ineſt, ſed etiam ſalus civium & reipublicæ continetur tutela. quam diſciplinam Plato regiam in libro de regno nominavit,

propter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

propterea quod ad reges principeſque, atque ad eos, qui cum his quotidie unà ſunt, pertineret. Et verò non defuit his pulcherrimis ejus conatibus proſper admodum & felix exitus. Qui enim poſt reditum ſuum per integrum biennium Leydæ omnes ſcopulos atque omnia aſpera Iuriſprudentiæ aſſiduo labore indefeſſa animi cura pervaſerat, nihil ut jam deeſſet ei ad ſummæ eruditionis apud omnes exiſtimationem, tandem anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo & ſeptimo ab ampliſſimis & nobiliſſimis Academiæ hujus Curatoribus & urbis conſulibus ea præmia accepit, quæ virtuti ejus debebantur. Profeſſio enim juris publica ei adhuc juveni impoſita eſt, cum annum ætatis vigeſimum & tertium recens egreſſus eſſet. Inter ipſa initia, cum profeſſionem primum appeteret, non defuerunt homines quidam male feriati, qui multa cauſabantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

bantur, & fucatos neſcio quos colores conquirebant, quibus efficere ſtuduerunt, ne ille honos ei, quem merebatur, obtingeret. Quemadmodum fit plerumque in vita mortalium ut magnas virtutes æmulatio aliorum retardet, eaſque ſæpe in ipſo ortu, atque in herba, dum enaſcuntur, opprimat, ne qui ipſi pravi degeneresque aut ignavi ſunt, ex meliorum comparatione evileſcant. Sed ea res ne ſurgentem Swanenburgii noſtri gloriam impediret, prudentia cordatiſſimorum hominum, Curatorum Academiæ, & urbis Conſulum, effecit. Quorum ut fuit ſemper incorruptum judicium, ita virtutes æſtimare ex vero, ac honores tribuere merentibus ſolent. Quare qui viros eruditos toto orbe in hanc urbem evocabant, qui regibus aliis & principibus ſua lumina eripiebant, illuſtrem hanc atque excellentem indolem in ſinu hujus urbis editam, atque

à te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

à teneris in hac Academia enutritam non præteriverunt, ne, dum peregrina quærebant, domeſtica & propria ſua bona viderentur aut ignorare, aut contemnere. Ea profeſſione per totos triginta & tres annos in ſua patria, atque inter cives ſuos, quibus ſe natum eſſe meminerat, ingenti cum laude & omnium admiratione functus eſt, dum Inſtitutiones juris primum, ac deinde Digeſta, noviſſime autem Codicem Iuſtinianęum bene, accurateque, & ſubtiliter explicuit. Affirmo vobis, Auditores, nihil eſſe ab illo in parte ulla juris interpretanda prætermiſſum, quod quiſquam ſummo ingenio, acerrimis ſtudiis, optima doctrina, maximo uſu cognitum ac perceptum proponere aliis & tradere potuerit. In cujuſque tituli explicatione libero animo verſabatur, eaque excutiebat, quæ ex ſententia legum atque ex ipſis rebus efflo reſcebant, ac veluti ſponte ſe offerebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

bant. Recitare autem omnes interpretum opiniones, quæ magna in varietate & diſcrepantia ſunt poſitæ, tum quæſtiones longe arceſſitas, quæ à doctoribus afferuntur, enodare, neque patientiæ ſuæ eſſe credebat, & ambitioſum magis videbatur, quàm utile. Adeo eæ infinitæ, ſupervacuæ, & ſine modo ſunt. ad quas non explicandas, ſed enumerandas tota vita atque integro ſeculo opus eſſet. in quas utique ſi Hercules incidiſſet, non aliud exiſtimare potuiſſet, quàm decimum & tertium laborem ſibi veniſſe. Quare & noſter hic, ſi ea perſequeretur, putabat, id quod res eſt, vanam fore ſuam & ingratam in docendo induſtriam. neque enim in jure tractando operoſum molimen aut eruditionis febriculoſam oſtentationem, ſed gravitatem ſenſuum & rerum frugalitatem amabat, ex qua nitor aliquis, ſed haud putidus neque affectatus, exſurgeret. Quid quod

quidam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quidam doctores, cum jus civile enarrant, ea perſcrutantur anxie, quę infra Iuriſconſultorum curas cogitationeſque poſita ſunt? Dum enim in literariis quibuſdam nugis, atque in caſcis grammaticorum deliriis hęrent, ac magno conatu videri ſe antiquarios volunt, ſupinè ea negligunt, quæ in cauſarum deciſionibus atque in componendis civium negotiis litibuſque præcipua ſunt. Quorum quidem mortalium cura omnis magno temporum diſpendio, magnaque aurium alienarum moleſtia conſtat, & circa res frigidas, inutileſque, &, ut verbo dicam, circa ea, quæ nihili ſunt, occupatur. Vlyſſem olim in veſtibulo ſedentem proci riſêre, quòd non enſes, clypeos, aut lebetes, ſed fruſtula panis peteret. Et Apion omnibus cordatis ludibrium debuit, cum Homeri ingentem illam animam ab inferis evocavit, non ut præclara quędam diſceret, ſed ut rogaret quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

quibus parentibus ille eſſet genitus. Profectò in eadem cauſſa eſſe videntur ij, qui, cum in jure nuſquam rerum illuſtriſſimarum optimarumque majeſtas deſit, nihil niſi de literariis tricis, deque interpunctionibus, aut, ſi quid magis ſpecioſum attingant, de veterum obſóletis quibuſdam ritibus ſoliciti ſunt. A quibus omnibus longiſſime ratio voluntaſque abhorruit defuncti noſtri, qui, ut judicii erat acerrimi & rectiſſimi, ita hæc in primis ſequebatur, quæ vitæ hominum, & rebus gerundis accommodata ſunt. Eodemque & animo & ſtudio ut cæteri omnes forent, qui Academiam hanc viſebant, naturali quadam ingenii dexteritate effecit. Sed nihil opus eſt mea affirmatione. Ipſi vos, quotquot hic adeſtis, qui ex illius ore pependiſtis, teſtes eſtis hujus rei uberrimi. Teſtes ſunt ij omnes fere, qui aut in foro patroni cauſarum vivunt, aut rempublicam curæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſuæ commiſſam regunt, aut Batavis Zelandiſque jus dicunt in utraque Curia. ut jam taceam immenſam multitudinem eorum, qui longo jam tempore ex aliis provinciis, atque etiam ex diſſitiſſimis terrarum oris ad beatiſſimam hanc ſapientiæ & juriſprudentiæ arcem confluxére ut ex his ſedibus exemplum peterent melioris cujuſdam cultioriſque doctrinæ. Ex uxore, matrona lectiſſima, & primoribus civitatis orta, liberos, quos ſuſcepit, acerbo funere omnes in ipſo propemodum vitæ limine amiſit, præter hunc, qui ſupereſt, unum ſolumque, juvenem eruditione, moribus, modeſtiaque inſignem, Paulùm Swanenburgium, Iuriſconſultum, in cujus erecta atque ingenua indole magnam nobis ſupereſſe video ſpem eorum omnium, quæ in ejus parente, viro incomparabili, & amavimus, & admirati etiam ſumus. In qua quidem re gratulari nos defuncto oportet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tet. Cum enim liberi boni aut mali, quales Deo cunque viſum eſt, gignantur & creſcant, neque id judicio aut electione perficiatur, ſed ex occultis cauſis atque ex naſcendi quadam ſorte pendeat, utique bonos progenuiſſe magna felicitas eſt. Rector Academiæ, ſuffragiis Profeſſorum, & judicio Illuſtriſſimi Principis, creatus eſt anno milleſimo ſexcenteſimo decimo quinto. In quo munere prudentiam ſuam, fidem, rerumque gerendarum peritiam omnes & collegæ ejus, & viri ampliſſimi conſules ſenatoreſque hujus civitatis admirati ſunt. Commentarium quendam de jure adcreſcendi ante multos annos confectum ab eo fuiſſe t.ſtantur amici ejus. qui ſi in publicum aliquando prodeat, genium accuratum, ſummamque eruditionem autoris ſui, ut ego hercle exiſtimo, omni parte referet. Alia verò ſcripta aut ingenii monumenta, quæ

quidem reperiri poſſint, nulla penitus reliquit. non quod ei quidquam deeſſet, quod poſſet à conſummato & cultiſsimo ingenio proficiſci in juris hac interpretatione, ſed quia & omnia pene ab aliis occupata cernebat, & inſuper credidit debere ſe doctrinam ſuam ad facta & ad res tractandas conferre, non otii aut inutilis ſtyli cauſa uſurpare. Quare uſum & exercitionem rerum forenſium apprime amavit; ſeque conſuli, & januam ſuam ac veſtibulum, quaſi commune civitatis oraculum, adiri maluit. Qua quidem ex re & quæſtum uberrimum fecit, & civibus intellexit ſe prodeſſe quàm plurimum. Iam decimus & ſextus annus agitur, ex quo ad profeſsionem juris obeundam adjunctus ei ſum. Quo quidem ex tempore perſpecta mihi penitus vigilantia ejus & ſingularis induſtria fuit, cum interdum totius ordinis noſtri juridici, ſæpiſsime verò noſtrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſtrum utriuſque conſilium & reſponſum petebatur. Nullus fere caſus ei inopinatus aut incognitus erat. omnes omnino ſalebras perrumpebat, pene ut ad hoc natus factuſque eſſe videretur. Valetudine uſus firma atque proſpera fuit uſque ad annum ætatis quinquageſimum & tertium. Corpus illi erat natura ſolidum, & in multos labores duratum. Ad hæc, animi adfuit vigor, quem nulla deiiciebat fatigatio. Interdum cum per totam noctem lucubraſſet, diurna tamen non defugiebat munia. Exultabat identidem novato & integrato robore, & tantum à ſe exprimebat quantum concupiverat. His acceſsit inuſitata memoriæ felicitas & ad apprehendenda, quæ tenere debebat, & ad cuſtodienda. Tandem illum ante annum doloribus renum divexare cœpit dirus ille & immitis tot eruditarum animarum carnifex calculus. Id malum ex ſedentaria vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

contractum, dum multa lucubratione paſſus non eſt alimenta per ſomnum quietemque æqualiter digeri, augmentum ex tempore magis magiſque accepit, plane ut jam vires dejectæ eſſent, & nulla pars corporis officium ſuum perageret. Ille tamen, ut erat immoderati adverſus ſe imperii, cum rem inimiciſſimam corpori ſuo faceret, & in laboribus perduraret, vetari nullo modo poterat. Decimus & quattus dies hic iſte eſt, cum vocatus ad eum ſum, ut cum eo reſponſum quoddam in cauſa controverſa darem, pridie quam decumbere cœpiſſet. Videbam omnia in peius ire, ac ſublapſa retro ferri. Quare jam male augurari cœpi, & ut totum ſe medico traderet, atque ut omni cura vacuus eſſet, etiam atque etiam eum rogavi pro amicitia noſtra. Exinde cum ſæpius ad eum lecto jam jacentem recurrerem, morbi ingraveſcens vis eum paulatim attrivit, donec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

donec tandem ſuperiore ſolis die plenus bonæ ſpei & fidei, ac totus non humi, ſed in Deo Dominoque ſuo Ieſu Chriſto defixus, exſpiravit. Non puto quenquam veſtrûm eſſe. Auditores, qui non intelligat quantum incommodi ad omnes & ſingulos hoc uno die pervenerit. Nemo quiſquam illius mortem æquo animo ferre poteſt. Luget filius, mœrent conſanguinei, ſqualent affines, viri ampliſſimi ornatiſsimique: quorum ille patre ſuo, hi amico, omnes autem optimis ejus conſiliis orbati ſunt. In primis verò afflictatur tota hæc Academia, quæ his temporibus, cum magna ubique eruditorum virorum penuria eſt, tantâ doctrinâ, tantiſque præditum ingenii dotibus profeſſorem amiſit. Nimirum id unum reſtabat nobis poſt tot accepta ſuperioribus annis clarorum hominum funera, ut hic ipſe quoque, in quo ingens erat labantis ſeculi præſidium, è me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

dio excederet. Nimis gens Batavorum felix & ſuperba ſummo Deo viſa fuit, ſi propria hæc nobis dona & perpetua fuiſſent. Siſtit abrumpitque magnarum laudum curſum inexſuperabilis fatorum vis, ac virum ad ſumma natum, & publico bono quotidie magis magiſque invigilantem, ſupereſſe nobis diutius haud ſinit. Hæc ſunt conſilia mortalium: hæc vota noſtrarum cogitationum. Dum res maximas parvo tempore molimur, & ingentes animos in anguſto pectore verſamus, adeſt præter exſpectationem decretoria illa hora, ac tam præclaris cœptis, priuſquam conſummata ſint, imponit finem. Iacet ille poſt tot peracta eruditionis documenta, jacebitque exiguo pulvere contectus, & qui cura ac animi ſtudio longe fines patriæ tranſcenderat, ac populis omnibus profutura agitabat, paucorum jam pedum continetur tumulo. Quanquam quid dico profecto?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ctò? aut quid eſt cauſæ, cur ſepulcto claudi, atque abeſſe illum, & inter nos non amplius vivere dixi, qui totum orbem pro domicilio habet: qui vivit vivetque in animis noſtris: qui in ore famaque & Academiæ hujus, & gentium omnium ſemper erit, apud quas nomen aliquod decuſque eruditionis eſt. Non eſt hæc, Auditores, vita noſtra dicenda, quæ ſanguine & ſpiritu continetur. Intercidit corpus fragilitatis caducæ, exigui temporis breve donum. nulla dies eſt, quæ non aliquod ſpolium ei auferat. Illa, inquam, illa vita eſt noſtra, quæ nos ſacratos in omnia ſecula poſteritati repræſentabit, quæ annis non conſumitur, ſed vires ab illis capit, & tempore ipſo major meliorque efflorefcit. Hoc illud eſt, quare olim ingenio & virtute præſtantes viri ſumma ope & animi contentione publicè prodeſſe ſtuduerint quàm plurimis. Animus enim eorum erigens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ſeſe, ſeculorum futurorum quodam augurio movebatur, quaſi cum exceſſiſſent è vita, tum denique victuri in oculis poſteritatis eſſent. Hoc eos excitabat, hoc ſolabatur. Et profecto eſt id pulcherrimum. Etenim cætera omnia, propter quæ navigant & currunt homines, quæ maxima credimus, etiam aliis & cuilibet poſſunt contingere. At laus & ſempiterna gloria eorum eſt, qui Deo proximi cenſentur. Hic generoſus ardor in maximis ingeniis altiſsimiſque animis & exiſtit plurimum, & ſe oſtendit facillime. Non poteſt enim quicquam abjectum aut humile tentare qui ſcit de ſe ſemper loquendum fore. Ennius olim omni laude doctrinæ excellens vir, cum vetuit lacrymis ſe mortuum decorari, aut funera ſibi fletu fieri, cauſam addidit hanc, quod etiam poſt mortem vivus per hominum ora volitaret. Marcus Varro, quo homine nemo plura commen-

tatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

tatus eſt, ſola immortalitatis ſpe tantos labores ſe ſuſcepiſſe ſignificavit, cum illud, quod celeberrimum eſt, effatus fuit, *Legendo & ſcribendo vitam procudi.* Ita eſt profectò, Marce Varro. Breve & irreparabile vitæ tempus datum cunctis eſt: ſed factis & induſtria extenditur. Non potuit naturæ iniquitas, cum omnia noſtra in anguſtum concluderet, etiam exiguum nobis gloriæ curriculum circumſcribere. Immenſum illud eſt; ſine fine eſt: ſupra hominum & temporum injuriam eſt. Hic fructus talis tantuſque gloriæ, Auditores, defunctos demum poſt exſequias manet. Itaque jam nullum malum eſt, ſed lucrum ingens, mori. Proſequitur quidem viros eruditos etiam viventes adhuc fama & exiſtimatio quædam hominum. Sed ea & rara eſt, & plerumque minor, quàm debet. Eſt illud quadam fatorum lege cunctis annatum mortalibus, ut dum corporum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

rum ſenſibus premuntur, aliis quidem alia vitia, ſed omnibus tamen aliqua adhæreant. Solitudinem quærat oportet, qui vult cum perfectis vivere. Atque hæc quidem vitia in præſtantibus viris magnarum virtutum interventu penſantur: ſed eas vix intueri hominum malevolentia ſolet. Non tam bene cum pleriſque agitur ut res cunctas aſpicere ab ea parte ament, quę melior eſt. Muſcarum illud eſt, ſordibus & rebus ſcabris inſidere; quę verò nitentia & glabra ſunt, prętervolare. In formoſis ſępe unam verrucam deridemus, & propter hanc divina illa ſpernitur pulcritudo, quę fuſa per totum corpus eſt. Laceſſere virtutem viventium, & acerbis ſermonibus violare illuſtres animas, morbus & furor eſt non unius ſeculi. Prębebant venenatis maledicorum ſalibus materiam Plato, Ariſtoteles, Democritus, quamdiu viverent. At extincti iidem à civibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

vibus ſuis pene adorabantur. Hæc eſt rerum natura. Incorruptum judicium poſteritatis eſt, & ſuum cuique decus rependit ex vero. Tunc res demum omnes recto oculo metimur,& quà major pars ingenii atque laudis ſtetit, illàc de homine fertur ſententia. Alexander Macedonum rex, cum accurrentem cerneret quendam tabellarium, qui res adferre lætas videbatur, *Et quid*, inquit, *nuncias mihi? An Homerum revixiſſe?* Hæc ſumma voti fuit maximo principi, ut ad vitam is rediret, cujus nunc nomen duntaxat licebat venerari. Epictetum, ſapientiſſimum virum, ſua ætas pene ignorabat.at cum mortuus eſſet,ipſa illa lucerna,ad quam noctu ſcripſerat, quam ille forte tribus emerat obolis, vendita aliquot millibus nummorum eſt. Non poterant ipſum Epictetum redimere. Abierat enim ad ea loca, unde rediturus nunquam in terras erat. Igitur, quod

unum

unum reſtabat, fracta illius vaſa magnis ſumptibus conquiſivêre, & deſiderium ſuum ſaltem iſto modo ſolabantur. Hoc eſt ſingulare fatum eorum, Auditores, qui, dum viverent, ingenium ſuum optimis artibus & diſciplinis exercuerunt. Quare ſic exiſtimate, eximiam & cœleſtem quandam rem eſſe eruditionem, cujus præmium in honorifica poſterorum exiſtimatione, atque in nominis quadam immortalitate poſitum eſt. Neque tamen hæc à me ſic dicuntur ut interim exiſtimem, ſi forte hæc omnia abſint, tamen propterea mortem eſſe magnopere extimeſcendam. Sunt quidem hæc ſolatia nobis, qui in diſciplinarum ſtudiis ætatem agimus, communia cum paganis & gentilibus, & grande momentum habent. Cæterum alia, eaque longe majora etiam habemus nos illi ipſi, qui preter hec eruditionis ornamenta ſacras Chriſti leges ſequimur, quæ

nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

nobis inſuper omnem præſentium malorum & mortis dolorem mitigant: quæ cæteri illi, tenebris & ignorantia veræ rectæque religionis obſiti, non agnoverunt. Eſt illud præcipuum ſane maximumque, quod qui Servatoris noſtri Ieſu Chriſti ſanguine redempti à peccatorum pœnis ſumus, ſtatim ut corpore hoc exceſſimus, in vitam meliorem æternamque tranſmittimur, ubi alius nos ſtatus atque ordo, alia rerum facies exſpectat. ubi jam defunctus noſter beatum ævum agit, & corporis atque hujus mundi ærumnis ſolutus ſumma & incorrupta beatitudine fruitur, & nihil earum rerum deſiderat, quæ in magno apud nos pretio ſunt. Enimvero ipſæ illæ res, quas hic optare impatienter ſolemus, etſi bonę jucundæque ſunt, tamen, quoniam in vita imperfecta vivimus, ſæpe in noſtram convertuntur perniciem. Alios divitiæ præcipitant. alios do-

ctrina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

ctrina ipſa, & ingenii magnitudo perdit. Quibuſdam honores & imperia gradum ad ruinam faciunt, ut lapſu graviore ad infimum decidant. Itaque neſcimus ipſi quid optare, quidve ſequi debeamus. *Cum ventum eſt illuc, ire illuc libet. Incerte errat animus. præter propter vitam vivitur, non in ipſa.* Quam multa ſunt vota, quę unumquemque etiam ſibi fateri pudet? Quam pauca, quę facere coram teſte poſſimus? At in cœlis quidquid cupimus, quidquid percipimus boni, conſummatum eſt, æternum eſt, neque in malum nobis cedit. Quid amplecti debeamus, quid vere bonum ſit, intelligimus. Hic multis perverſis affectibus diſtinemur, qui nos inquietant perpetuò, & in diverſa rapiunt. Ibi animus, ut domicilium reperit divinę ſuę naturę atque ęternitati conſentaneum, ita nec mœrore angitur, nec metu contremiſcit, nec ſpe longa maceratur, ſed

omnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

omnis omnium rerum affluentia in conjunctione noſtra cum Chriſto eſt, qui nos ab omni contagione immunes patri ſuo ſiſtit, ut de morte, quam ille vicit, triumphum cum illo agamus. ubi tot amicos, qui nos præceſſerunt, in rebus bonis lætiſque reperiemus, à quibus divellemur nunquam. CORNELI SVVANENBVRGI, beatiſſima nunc cœlo anima, non audies ibi civium tuorum lites, nec illis dirimendis operam impendes. Non pulſabunt moleſti clientes oſtia tua, nec de ſtillicidiis amplius aut cloacis reſpondebis. quæ res hic te fatigavit, dum malis hominum ſuccurreres, & juſtitiæ præcepta impertires omnibus. Nemo tutor ibi pupillum circumſcribet, nemo exheredatum ſe queretur, ut in hac vita fit, in qua pleriſque ex alterius damno ingens aut quæſtus aut voluptas eſt. Alta ibi pax, & ſumma concordia eſt. Ibi bonæ artes vigent.
Omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Omnes ibi ſunt hæredes ejuſdem hæreditatis participes, ad quam nos magnus ille teſtator Chriſtus vocavit, cujus perceptio individua eſt. Ibi cum omnia omnium ſunt communia, & Deus ſe totum ſingulis elargitur & pandit, non tamen alteri quicquam decedit, nec abeſt; & hoc ipſum eſſe ſentimus ſummum bonum, quod ſinguli totum ita habent, ut apud omnes tantundem ſit. Ibi juſtitiæ perfectam ideam & cernis & colis, cujus hic vix prima agnoſcimus lineamenta. Non illic leges quaſdam, quas principum libido figit refigitque, ſed æterna cœli jura, & hujus univerſi immutabilia fata diſcis, & ſeculorum omnium inſpectas ſcrinia. Ibi ſummi cum infimis pari jure & nullo diſcrimine reguntur, cum nos Deus Dominuſque noſter non titulis neque purpura diſtinguet, ſed fidem cujuſque, pietatem, modeſtiam, æqui bonique & honeſti amorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

morem magnis æterniſque proſequetur præmiis. Equidem ego, Auditores, cum hæc conſidero, quæ in cœlo propoſita omnibus piis ſunt, non video quid ſit illud, quod ad tam immenſam felicitatem accedere defuncto huic noſtro poſſit. Noſtra omnis eſt hæc miſera ſors, quæ nos angere & affligere debet: nos ij ſumus, quos ille in hoc luto adhuc reliquit. quibus terreni ſenſus & moribunda hæc membra obſtant, ne cœlum aſpicere poſſimus niſi ex intervallo. Quin agite verò, animo ſaltem & votis ea optemus, quæ nondum capere licet. Eſt etiam in ipſa exſpectatione atque in votis quædam vis. Magna res eſt, cum frui immortalitate adhuc non poſſis, tamen ei in terris præludere, atque omnino ea & dicere & facere, quæ digna Deo, digna cœlo ſunt.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

LVGDVNI BATAVORVM,

Ex Officinâ Typographicâ

GUILIELMI CHRISTIANI.

Anno Dom.

cIↄ Iↄ c. xxxx.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
198 K 22